BIT EX AQUA HAC SITIET ITERUM. — Aqua in puteo est voluptas sæculi in profunditate tenebrosa, XVI, 358, 1. Ægyptiorum sitis ob aquas Nili cruentas, cum Hebræi ex eo tunc puras biberent, VIII, 515, 1.

QUI AUTEM BIBERIT EX AQUA QUAM EGO DABO EI, NON SITIET IN ÆTERNUM ; SED AQUA QUAM EGO DABO EI FIET IN EO FONS AQUÆ SALIENTIS IN VITAM ÆTERNAM. — Gratia est fons saliens in cœlum, XVI, 358, 2 et seq. Sancti saliunt in cœlum, 359, 1. Fontes mystici varii, V, 141, 2. Deus nostra est vita, IX, 150, 1, 2 et seqq. ; 394, 1, 2. Mens justi est velut crater abundans vino sapientiæ, doctrinæ, gratiæ, consolationis, adeo ut fontem hujus aquæ cœlestis ventre matris continere videatur, VIII, 171, 2.

DICIT AD EUM MULIER . DOMINE, DA MIHI HANC AQUAM, UT NON SITIAM, NEQUE VENIAM HUC HAURIRE — Sancti sitiunt Deum, V, 335, 1.

VOS ADORATIS QUOD NESCITIS : NOS ADORAMUS QUOD SCIMUS, QUIA SALUS EX JUDÆIS EST. — Salus ex Judæis est, quo sensu. XVI, 360, 1. Judæa fuit verus hortus Christi, VIII, 142, 1. Hortus nucum cur Synagogam Judæorum repræsentet, 156, 1.

SED VENIT HORA, ET NUNC EST, QUANDO VERI ADORATORES ADORABUNT PATREM IN SPIRITU ET VERITATE............ SPIRITUS EST DEUS, ET EOS QUI ADORANT EUM, IN SPIRITU ET VERITATE OPORTET ADORARE. — Deus est spiritus purissimus, IV, 351, 2. Deus est incorporeus, XVI, 363, 2 et seq. Adoratio in spiritu et veritate quæ, 361, 2. Deo serviendum est in veritate, IV, 310, 2. Hanc Deus cupit inesse omnibus nostris actionibus, 278, 1.

ET CONTINUO VENERUNT DISCIPULI EJUS ; ET MIRABANTUR QUIA CUM MULIERE LOQUEBATUR. NEMO TAMEN DIXIT : QUID QUÆRIS, AUT QUID LOQUERIS CUM EA ? — Mirantur discipuli quod Christus cum muliere loquatur, cur, XV, 363, 2. Ut apostoli hic de Christi facto non inquisiere, ita nec Dei majestas indaganda, VIII, 275, 1 (*Vide* HISTORIAM SAMARITANÆ, JESUS CHRISTUS, cap. V, art. I, § III, n° 7).

## SABBATO.

(*Joann.*, VIII, 1-11).

JESUS AUTEM PERREXIT IN MONTEM OLIVETI ET DILUCULO ITERUM VENIT IN TEMPLUM. — Hortum in monte Olivarum quasi nocturnum hospitium et oratorium elegit sibi Christus sex mensibus ante mortem, XVI, 432, 1. Hic nobis ostendit Christus noctem orationi esse commodam, 113, 1.

ADDUCUNT AUTEM SCRIBÆ ET PHARISÆI MULIEREM IN ADULTERIO DEPREHENSAM. — De gravitate peccati adulterii, *vide* ADULTERIUM, et insuper, si libuerit, LIBIDO, MERETRIX, MULIER

JESUS AUTEM INCLINANS SE DEORSUM, DIGITO SCRIBEBAT IN TERRA. — Cur Christus digito scribat in terra, XVI, 432, 2 et seq. Quid scribat, 433, 1. Videtur hic Redemptor accusantium peccata in terra scripsisse ; Dei enim oculus omnes cordis latebras intuetur, IX, 465, 1, 2.

CUM AUTEM PERSEVERARENT INTERROGANTES EUM, EREXIT SE, ET DIXIT EIS : QUI SINE PECCATO EST VESTRUM, PRIMUS IN ILLAM LAPIDEM MITTAT. — Quem sensum præ se ferant hæc verba : *Qui sine peccato est vestrum*, XVI, 433, 2. An hic Christus usum et rigorem judicii et tribunalium evertere videatur, *ibid.* et seq. Peccata omnia sine Dei gratia evitare non possumus, et non vivere sine peccato, XX, 687, 2 (*Vide* PECCATUM). Moraliter hic docet Christus eum qui vult aliena crimina judicare et carpere prius, debere sua judicare, XVI, 434, 1.

ERIGENS AUTEM SE JESUS DIXIT EI : MULIER UBI SUNT QUI TE ACCUSABANT ? NEMO TE CONDEMNAVIT ? QUÆ DIXIT EI : NEMO, DOMINE. DIXIT AUTEM JESUS : NEC EGO TE CONDEMNABO. — Hisce verbis Christus adulteram absolvit tum in foro fori coram populo, tum in foro poli, id est in foro conscientiæ, XVI, 435, 1. Deus nequit condemnare innocentem, imo nec, ut hæc mulier erat, nocentes semper condemnat, VIII, 524, 1. Neminem ante peccati prævisionem ad damnationem destinat, *ibid.*, 2. Ad exemplum Christi judex justitiam benignitate temperet, 538, 539, 1.

ET JAM AMPLIUS NOLI PECCARE. — Ergo et Dominus damnavit, sed peccatum, non hominem, XVI, 435, 1.

## DOMINICA IV IN QUADRAGESIMA.

(*Joan.*, VI, 1-15).

POST HÆC ABIIT JESUS TRANS MARE GALILÆÆ, QUOD EST TIBERIADIS, ET SEQUEBATUR EUM MULTITUDO MAGNA. — Quomodo turbæ pedestres Christum navigantem sequi potuerint, XV, 341, 1. Temporalia saluti animæ postponenda, *Job*, 55, 1. Vestigia Dei sequenda, 489, 1. Ambulandum cum Deo, 653, 1. Affectus sunt animi pedes, 313, 2 ; 490, 1. Abnegatio sui necessaria, 377, 2. Verbum Dei est pabulum animæ, 203, 1. Corde excipiendum, 478, 1.

CUM SUBLEVASSET ERGO OCULOS JESUS, ET VIDISSET QUIA MULTITUDO MAXIMA VENIT AD EUM, DIXIT AD PHILIPPUM : UNDE EMEMUS PANES UT MANDUCENT HI ? — Hinc discendum a Christo aliorum cura et commoda quieti propriæ et orationi esse præferenda, XV, 341, 1. Affliguntur pii cum alios affligi et opprimi vident, VII, 163, 2. Hoc panum multiplicatorum miraculum per omnes partes expenditur, XV, 342, 1 et seqq. Panis est vitæ baculus, XI, 133, 2. Panem spiritualem qualem et quomodo auferat Deus, *ibid.*

DICIT EI UNUS EX DISCIPULIS EJUS, ANDREAS FRATER SIMONIS PETRI : EST PUER UNUS HIC, QUI HABET QUINQUE PANES HORDEACEOS, ET DUOS PISCES ; SED HÆC QUID SUNT INTER TANTOS ? — De pane hordeaceo Gedeonis, III, 159, 2 et seq. Quinarii mysteria plurima, XII, 860, 2 ; 861, 1. De frugalitate primævorum hominum, III, 241, 1. Item primorum Persarum, ac Cyri et Augusti, IV, 362, 2. Item primorum Christianorum, III, 311, 2 ; 312, 1 ; IV, 328, 2. Divites obligantur ad opera misericordiæ, *Job*, 466, 2. Cogitationes hominum timidæ, 138, 1. Misericordia in Deo eminet, 167, 1, 2 ; 200, 1, 2. Necessitates Deo revelandæ, 675, 1. Spes in solo Deo collocanda, 172, 2. Hæc panum multiplicatio fuit præambulum venerabilis Eucharistiæ, XV, 342, 2.



DIXIT ERGO JESUS : FACITE HOMINES DISCUMBERE. ERAT AUTEM FŒNUM MULTUM IN LOCO. — Quomodo discubuerunt, XV, 342, 1. Nullo labore paratur herba et gramen gregibus, VI, 357, 1, 2.

ACCEPIT ERGO JESUS PANES, ET CUM GRATIAS EGISSET, DISTRIBUIT DISCUMBENTIBUS ; SIMILITER ET EX PISCIBUS QUANTUM VOLEBANT. — An Deus ad hanc panum multiplicationem aliquid crearit, XV, 342, 1, 2. Panes Christi sapidissimi. *ibid.*, 2. Providet Deus cibos multis S. Francisci fratribus congregatis per viginti angelos, XVI, 390, 2. Et fratribus S. Dominici, *ibid.* Liberalitatem Domini quomodo imitari possimus, XX, 37, 1, 2. Panes dati pauperibus non minuuntur, sed augentur, exempla, XV, 342, 2 et seq. Ut panes in manibus apostolorum multiplicati fuere, ita eleemosynariorum opes, per benedictionem divinam, quo plus in pauperes effunduntur, eo magis adaugentur, XIII, 626, 1, 2. Hic si libet, poterit agi de eleemosyna, *vide* ELEEMOSYNA.

UT AUTEM IMPLETI SUNT, DIXIT DISCIPULIS SUIS : COLLIGITE QUÆ SUPERAVERUNT FRAGMENTA, NE PEREANT. — Cur nulla hic vini mentio, XV, 343, 1. Potus aquæ naturalis et sanus, *ibid.* Cur justus saturetur eo quod comedit, V, 399, 2 et seqq. Hæreditate Dei quomodo pascamur, XI, 688, 1, 2. Mens in mensa spirituali cogitatione alenda, VII, 214, 2 et seq.

COLLEGERUNT ERGO, ET IMPLEVERUNT DUODECIM COPHINOS FRAGMENTORUM EX QUINQUE PANIBUS HORDEACEIS, QUÆ SUPERFUERUNT HIS QUI MANDUCAVERANT. — De his panibus plus superfluit quam initio allatum fuerit, XV, 343, 2. Ut hic reliquiæ plures fuere panibus, ita beneficus in pauperes semper abundat, V, 327, 1, 2.

ILLI ERGO HOMINES CUM VIDISSENT QUOD JESUS FECERAT SIGNUM, DICEBANT : QUIA HIC EST VERE PROPHETA QUI VENTURUS EST IN MUNDUM. — Liberalitas et munera omnium animos evincunt, VI, 109, 2 et seq. Prophetæ fuere boni nuntii, VI, 288, 2.

JESUS ERGO CUM COGNOVISSET, QUIA VENTURI ESSENT, UT RAPERENT EUM, ET FACERENT EUM REGEM, FUGIT ITERUM IN MONTEM IPSE SOLUS. — Christus regnum fugiens docet privatam vitam esse beatam, VI, 259, 2. Gedeon etiam recusat regnum Israelis sibi oblatum, III, 166, 2. Contra Abimelech ejus filius regnum non oblatum invasit, 171, 1. Regnum Christi quale, 448, 2. Quis vere dicendus rex, 138, 1. Ut Judæi Christum regem facere voluere, sic Lycaonii Paulo ut Mercurio victimas offerre voluerunt, XVII, 291, 1. Dignitates ecclesiasticas multi fugerunt, nonnulli etiam sacerdotium, VIII, 398, 1. Exempla eorum qui regnum cum monasterio commutarunt, *ibid.* De solitudine, IV, 332, 1, 2 (*Vide* SOLITUDO). Sapientes celant suam sapientiam et dotes, V, 288, 2. Christus cur montes conscenderet, IV, 397, 1. Gloriam fugiens, eam acquiret, XV, 79, 1.

## FERIA II.

(*Joan.*, II, 13-25).

ET INVENIT (Jesus) IN TEMPLO VENDENTES, etc ....... ET CUM FECISSET QUASI FLAGELLUM DE FUNICULIS, OMNES EJECIT DE TEMPLO......... RECORDATI SUNT VERO DISCIPULI EJUS, QUIA SCRIPTUM EST : ZELUS DOMUS TUÆ COMEDIT ME. — Quis hic zelus Christi fuerit, XVI, 333, 2. Zelus per ignem denotatur, VI, 330, 1. Zelus quam sit efficax, ut instar ignis omnia consumat, IV, 419, 1, 2. Quis comeditur zelo Dei, XVI, 333, 2.

RESPONDIT JESUS, ET DIXIT EIS : SOLVITE TEMPLUM HOC, ET IN TRIBUS DIEBUS EXCITABO ILLUD. Corpus suum Christus vocat templum, cur, XVI, 334, 1.

## FERIA III.

(*Joan.*, VII, 14-31).

JAM AUTEM, DIE FESTO MEDIANTE, ASCENDIT JESUS IN TEMPLUM, ET DOCEBAT. — Cur Christus ascendens Jerusalem non ascendit statim in templum, XVI, 420, 1.

ET MIRABANTUR JUDÆI, DICENTES : QUOMODO HIC LITTERAS SCIT, CUM NON DIDICERIT ? — Qua de causa Deus voluit Jesum non e scholis, sed ab arte fabrili prosilire in cathedram, XVI, 420, 2. Scientia animæ quæ dicatur, VI, 312 et seq. Ea est quæ potissimum quæ futura et præterita circumlustrat, *ibid*:

SI CIRCUMCISIONEM ACCIPIT HOMO IN SABBATO, UT NON SOLVATUR LEX MOYSI, MIHI INDIGNAMINI QUIA TOTUM HOMINEM SANUM FECI IN SABBATO ? — Judæi sabbatum superstitiose observabant, XV, 301, 1, 2.

NOLITE JUDICARE SECUNDUM FACIEM. — Justus non condemnandus præ injusto, V, 529, 2. Improbi non curant rei æquitatem, student tantum cupiditati. VI, 361, 1 (*Vide* JUDEX, JUDICIUM). Temerarium de proximo judicium vitandum, XV, 205, 1. Peccata aliena præ oculis habemus, propria minime videmus, et post tergum rejicimus, 206, 1 et seqq.

SED JUSTUM JUDICIUM JUDICATE. — Judicium cupit Deus inesse omnibus actionibus nostris, IV, 278, 1. Iniquitas judiciorum in quo consistat, VII, 149, 1. Quam ea homines affligat, *ibid.* (*Vide* JUDEX, JUDICIUM).

HUNC SCIMUS UNDE SIT, CHRISTUS AUTEM CUM VENERIT, NEMO SCIT UNDE SIT. — Falsæ quidem opiniones plebis imperitæ de Messia, XVI, 423, 1.

## FERIA IV.

(*Joan.*, IX, 1-39).

ET PRÆTERIENS JESUS, VIDIT CÆCUM A NATIVITATE. ET INTERROGAVERUNT EUM DISCIPULI EJUS: RABBI, QUIS PECCAVIT, HIC, AUT PARENTES EJUS? — Historiam curationis hujus cæci a nativitate, *vide* JESUS CHRISTUS, cap. V. art. III, nº 14. Ex qua opinione hæc interrogatio procedat, XVI, 458, 1. Propriæ cæcitatis, ut pote pœnæ, videtur causa esse culpa propria, non aliena, *ibid.* Solet Deus parentes ob sua peccata punire in filiis, *ibid.*, 2. Culpa vertitur in pœnam, et peccata per similes pœnas castigantur, VIII, 517, 2. Castigatio peccata emundat, V, 89, 2.

NEQUE HIC PECCAVIT, NEQUE PARENTES EJUS, SED UT MANIFESTENTUR OPERA DEI IN ILLO. — Causa cur Deus huic cæco cæcitatem immiserit fuit ut miraculosa Dei virtus et operatio in eo per Christum curando eluceret, 458, 2.

ME OPORTET OPERARI OPERA EJUS QUI MISIT ME, DONEC DIES EST: VENIT NOX, QUANDO NEMO POTEST OPERARI. — Cuique homini tempus vitæ est dies ad operandum et merendum gloriam sempiternam; nox vero est mors ejusdem, XVI, 459, 1. Qui spiritualia opera facere detrectant, mille difficultates in eis fingunt, VI, 155, 1, 2.

QUAMDIU SUM IN MUNDO LUX SUM MUNDI. — Anima duplicem habet lucem: naturalem et supernaturalem, VI, 83, 2. Animæ lux est gratia, *ibid.*

HÆC CUM DIXISSET, EXPUIT IN TERRAM, ET FECIT LUTUM EX SPUTO, ET LINIVIT LUTUM SUPER OCULOS EJUS. — Christus saliva sua et luto liniens oculos cæci nati, figuratus per Tobiam filium illuminantem per fel Tobiæ patris oculos, IV, 294, 1. Salivæ quæ sunt symbola, XVI, 459, 2. Cur luto adhibito, istum cæcum curaverit, *ibid.*

ET DIXIT EI: VADE, ET LAVA IN NATATORIA SILOE, QUOD INTERPRETATUR MISSUS. — Siloe qualis fons, ejus ortus, fluxus et incrementa, XI, 215, 1, 2.; XVI, 460, 1. An Isaias precibus fontem et aquas Siloe impetrarit, XI, 96, 1. Christus per fontem Siloe adumbratur, XI, 215, 2. Christus est Siloe propter septem rationes, XVI, 460, 2; 461, 1. Aqua fontis Siloe quænam, 461, 2.

SCIMUS AUTEM QUIA PECCATORES DEUS NON AUDIT; SED SI QUIS CULTOR DEI EST, ET VOLUNTATEM EJUS FACIT, HUNC EXAUDIT. — Cur impii a Deo non exaudiantur, V, 52, 2. Legem non audiens, ut est peccator, non audietur a Deo, VI, 369, 1, 2 et seq. Peccatores vere non laudant Deum, IX, 443, 2. Sapientes et pii jugiter Deum laudant, 444, 2. An peccatores vel pro se, vel pro aliis orantes Deus exaudiat, XVI, 464, 1 et seqq.

RESPONDERUNT ET DIXERUNT EI: IN PECCATIS NATUS ES TOTUS, ET TU DOCES NOS? — Fomes peccati et concupiscentiæ curvis inhæret, VI, 57, 1. Impii in maledictione nascuntur, X, 351, 2 et seqq. Parentes impii quare filios improbos gignant, 352, 2 et seq.

## FERIA V.

(*Luc.*, VII, 11-16).

Filii viduæ Naim resuscitatio, *vide notata Dominica* XV *post Pentecosten.*

## FERIA VI.

(*Joan.*, XI, 1-45.)

Lazari a mortuis resuscitati historia, *vide* art. LAZARUS, et XVI, 483, usque ad 497.

MISERUNT ERGO SORORES EJUS AD EUM, DICENTES: DOMINE, ECCE QUEM AMAS, INFIRMATUR. — Quanta in his verbis fides, fiducia, charitas, resignatio, XVI, 484, 2. Pauca verba adhibent sorores hæ ut suum desiderium exprimant; sic et nobis in oratione faciendum, VII, 196, 2.

AUDIENS AUTEM JESUS, DIXIT EIS: INFIRMITAS HÆC NON EST AD MORTEM, SED PRO GLORIA DEI. — Sic mors filii matrisfamilias tempore Eliæ, III, 645, 1. Quidnam per hæc verba Christi intelligendum, XVI, 485, 1. Prospera magis nocent quam adversa, morbi minus quam bona valetudo, V, 54, 1.

POST HÆC DICIT EIS: LAZARUS AMICUS NOSTER DORMIT: SED VADO UT A SOMNO EXCITEM EUM. — Justus vere est amicus Dei, XX, 521, 2. Amicus Dei quare fuerit Abraham, 129, 2 et seq. Amicitia Dei quæ bona includat, 130, 2. Mors in Scriptura vocatur somnus ob spem resurrectionis, IV, 554, 2. Cur Christus mortem Lazari somnum vocet, XVI, 487, 2. Mors sanctorum est vitæ initium, VIII, 330, 1.

VENIT ITAQUE JESUS, ET INVENIT EUM QUATUOR DIES JAM IN MONUMENTO HABENTEM. — Quatriduani mortui tropologia, XVI, 488, 2. Quatuor dies peccatoris quinam ex Alcuino et S. Augustino, 488, 2 et seq.

DIXIT ERGO MARTHA AD JESUM: DOMINE, SI FUISSES HIC, FRATER MEUS NON FUISSET MORTUUS, ETC. — Cur Martha corpus Lazari non servavit insepultum, XVI, 489, 1, 2. Dei mos est desperatis opem ferre, *ibid.*, 2.

DIXIT EI JESUS: EGO SUM RESURRECTIO ET VITA. — Quo sensu Dominus sit resurrectio et vita, XVI, 490, 1.

JESUS ERGO, UT VIDIT EAM PLORANTEM, ET JUDÆOS QUI VENERANT CUM EA PLORANTES, INFREMUIT SPIRITU, ET TURBAVIT SEIPSUM. — Quis fuerit hic Christi fremitus in Lazari resuscitatione, XVI, 492, 1. An in eo fuerint passiones, et quomodo, 493, 1. Quomodo turbavit semetipsum, *ibid.* (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. III). Uti Redemptor multis præviis gestibus et affectibus Lazarum (qui peccatoris typum gerit) ad vitam revocavit, sic quam difficulter peccatores convertuntur, XXI, 239, 2.

ET LACRYMATUS EST JESUS. — Quid nos lacrymis suis doceat Christus, XVI, 493, 2. Christus ter lacrymatus, 494, 1. Oratio lacrymis condienda, *ibid.*

HÆC CUM DIXISSET, VOCE MAGNA CLAMAVIT: LAZARE, VENI FORAS — Cur Christus Lazarum resuscitaturus, voce magna clamarit, XVI, 495, 2 et seq. Horum verborum tropologica significatio, 496, 1.

ET STATIM PRODIIT, QUI FUERAT MORTUUS, LIGATUS PEDES ET MANUS INSTITIS. — Cur Christus vincula Lazari resuscitato non solverit, XVI, 496, 2 et seq.

DIXIT EIS JESUS: SOLVITE EUM, ET SINITE ABIRE. — Qui funes peccatorum peccatorem ligent, V, 150, 1, 2. Peccatores peccatorum funibus constrictos Christus ad apostolos et sacerdotes mittit, ut ab iis solvantur, XVI, 497, 1.



## SABBATO.

(*Joan.*, VIII, 12-20.)

ITERUM ERGO LOCUTUS EST EIS JESUS: EGO SUM LUX MUNDI. — Virtus et lux similia sunt, V, 382, 2; VII, 113, 2. Dies ac sol cum virtute analogiam habent, VII, 113, 2. Deus verum lumen est, 375, 1. Lucis et Dei variæ analogiæ, XX, 523, 1. Deus sol est et lumen, 65, 1. Item pater luminum, *ibid.*, 2. Deus lux est omnia illuminans, quin et omne lumen ab eo derivatur, VIII, 452, 2. Christus est sol lucidissimus, 381, 1. Sapientia lux est, 427, 2. Ejus lumen est inextinguibile, 428, 1.

QUI SEQUITUR ME, NON AMBULAT IN TENEBRIS, SED HABEBIT LUMEN VITÆ. — Sapiens in luce ambulat, quia cautus et circumspectus est, VII, 114, 1. Stultus in tenebris agit, quia habet oculos in pedibus, *ibid.*, 2. Lumen vitæ dat Christus modo per fidem, postea per speciem, XVI, 436, 1. Moraliter hic discendum doctrinam et vitam Christi esse imitandam omni homini qui vult veraciter illuminari, et ab omni cæcitate cordis liberari, 436, 2. Thomæ a Kempis libellus *de Imitatione Christi* commendatur.

EGO NON JUDICO QUEMQUAM. — Quo sensu Christus non judicet quemquam, XVI, 437, 2.

HÆC VERBA LOCUTUS EST JESUS IN GAZOPHYLACIO, DOCENS IN TEMPLO, ET NEMO APPREHENDIT EUM, QUIA NECDUM VENERAT HORA EJUS. — Gazophylacium erat locus publicus et amplus, XVI, 439, 2. Describitur, *ibid.* Erat officina avaritiæ aliorumque vitiorum et errorum quos recenset Christus, *ibid.* et seq.

## DOMINICA DE PASSIONE.

(*Joan.*, VIII, 46-59.)

QUIS EX VOBIS ARGUET ME DE PECCATO? — Christus Dominus ita loquitur etiam sibi infensissimis, quia nullius peccati sibi erat conscius; ita nos neminem curemus, si bonæ conscientiæ simus; poterit, si libuerit, agi de conscientia, *vide* CONSCIENTIA.

Christus prorsus a peccato immunis, XVI 451, 1, 2. In eo non non fuerunt passiones, XIX 391, 1. *Vide* JESUS CHRISTUS, cap. III. Nemo mundus est a peccato, quo sensu, VI, 56, 1, 2. Justus aliquando non potest non peccare, unde? quia nemo sine peccato est, XX, 136, 1; 527, 2 531, 1; 687, 2. Justus quo sensu possit non peccare; 570, 2. Impeccabilis quomodo quis fieri possit, 571, 2. Innocentia tutissimum azylum est, 167, 2. Sic loqui potest quilibet fidelis bonæ conscientiæ, qui proinde sigillum Dei est in quo ejus imago relucet, XIV, 352, 1. Fuga peccati est nobile sacrificium, X, 214, 1, 2.

Calumnia turbat sapientem, VII, 248, 1. Quæ ejus rei sit ratio, *ibid.*, 2. Modus eam refellendi, 248, 2.

SI VERITATEM DICO VOBIS, QUARE NON CREDITIS MIHI? — Occurrit sane Christus hinc tacitæ Judæorum exceptioni: Nos non credimus tibi, non ob peccatum aliquod a te commissum, sed quia illa quæ dicis et doces, non sunt vera, XVI, 451, 2. Christus scientiam sanctorum docuit, VIII, 468 2.

QUI EX DEO EST, VERBA DEI AUDIT. PROPTEREA VOS NON AUDITIS, QUIA EX DEO NON ESTIS. — Prædestinationis enim signum est, verbum Dei libenti animo audire, XVI, 452, 1.

RESPONDERUNT ERGO JUDÆI, ET DIXERUNT EI: NONNE BENE DICIMUS NOS QUIA SAMARITANUS ES TU, ET DÆMONIUM HABES? — Christum cur vocant Judæi Samaritanum, XVI, 452, 1. Injuriæ æquanimiter ferendæ, III, 319, 2. Exemplo Jobi et Tobiæ, IX, 275, 1, 2. Exemplo identidem beati Juniperi Franciscani, III, 654, 1, 2; 655, 1. Opprobria superare gloriosissimum, *Job*, 400, 2. Justus a peccatoribus circumvenitur 458, 2. Iniquitas probationi justorum subservit, 488, 2. Peccatores luci rebelles, 499, 2; 500, 1; 502, 1, 2. Impii in malo concordes, 775, 2.

RESPONDIT JESUS: EGO DÆMONIUM NON HABEO, SED HONORIFICO PATREM MEUM, ET VOS INHONORASTIS ME. — Mira populi ingratitudo, et tamen non regerendo injuriam Christus respondet: hinc doceri poterit prælatorum et sanctorum esse alios interdum portare, II, 244, 1 2. Item quomodo prælati suorum ingratitudinem ferant, et ea de re exempla, 264, 2.

Christus hic calumniantibus valde mansuete respondit, ejus mansuetudo et patientia imitandæ, XVI, 452, 2 (*Vide* MANSUETUDO, PATIENTIA). Christus mansuete respondens ostendit mansuetudinem esse florem sapientiæ, 159, 2.

EGO NON QUÆRO GLORIAM MEAM, EST QUI QUÆRAT ET JUDICET. — Quomodo hæc verba cohæ-

reant cum istis : *Pater non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio*, XVI, 453. 1.

NUMQUID TU MAJOR ES PATRE NOSTRO ABRAHAM, QUI MORTUUS EST ? ET PROPHETÆ MORTUI SUNT. — Abraham elogium, *vide* ABRAHAM.

SI EGO GLORIFICO MEIPSUM, GLORIA MEA NIHIL EST. — Gloria Dei duplex est, interna et externa, X, 382, 2.

ABRAHAM PATER VESTER EXULTAVIT, UT VIDERET DIEM MEUM : VIDIT, ET GAVISUS EST. — Quo sensu et modo Abraham optarit videre adventum Christi in carne, XVI, 454, 2. Quomodo vidit diem Christi, *ibid*. Prophetæ omnes ad Christi tempus ardenter anhelarunt, XX, 254, 1, 2.

TULERUNT ERGO LAPIDES UT JACERENT IN EUM. — Judæi quem intelligere non poterant obruere quærebant, XVI, 456, 1, 2.

JESUS AUTEM ABSCONDIT SE, ET EXIVIT DE TEMPLO. —Quid hic moraliter discendum, XVI, 450, 2. Ut lites evitentur cedendum, V, 537, 1, 2. Sapiens pericula declinat, quod animalia faciunt, VI, 137, 1, 2. Sic Christianus tentatus abscondat se n Christi vulneribus, III, 335, 2.

## FERIA II.

(*Joan.*, VII, 37-39.)

IN NOVISSIMO AUTEM DIE MAGNO FESTIVITATIS, STABAT JESUS, ET CLAMABAT, DICENS : SI QUIS SITIT, VENIAT AD ME, ET BIBAT. — Festum Scenopegiæ, typus est resurrectionis et gaudii beatorum, XVI, 426, 1. Deus sitit sitiri, XI, 649, 1.

QUI CREDIT IN ME, SICUT DICIT SCRIPTURA, FLUMINA DE VENTRE EJUS FLUENT AQUÆ VIVÆ. — Flumina aquæ vivæ quænam, XVI, 426, 1. Christus fons aquæ vivæ, *ibid.* et seq. Aqua viva quintuplex.

HOC AUTEM DIXIT DE SPIRITU, QUEM ACCEPTURI ERANT CREDENTES IN EUM : NONDUM ERAT SPIRITUS DATUS, QUIA JESUS NONDUM ERAT GLORIFICATUS. Cur Spiritus sanctus datus post mortem Christi, XVI, 427, 2.

## FERIA III.

(*Joan.*, VII, 1-13.)

POST HÆC AUTEM AMBULABAT JESUS IN GALILÆAM, NON ENIM VOLEBAT IN JUDÆAM AMBULARE ; QUIA QUÆREBANT EUM JUDÆI INTERFICERE. — Sic agit Christus, non quod ipse Judæos timeret, vel mortem horreret, sed ut daret nobis exemplum pericula declinandi et fugiendi persecutores, XVI, 417, 1.

DIXIT EIS JESUS : TEMPUS MEUM NONDUM ADVENIT : TEMPUS AUTEM VESTRUM SEMPER EST PARATUM. — Quis horum verborum sensus genuinus, XVI, 418, 1. 2.

NON POTEST MUNDUS ODISSE VOS, ME AUTEM ODIT, QUIA EGO TESTIMONIUM PERHIBEO DE ILLO QUOD OPERA EJUS MALA SUNT. — Animus voluptati deditus graviter fert si a voluptate revocetur, XVI, 418, 2. Odiens disciplinam stultus est, V, 345, 1.

ET MURMUR MULTUM ERAT IN TURBA DE EO. QUIDAM ENIM DICEBANT : QUIA BONUS EST. ALII AUTEM DICEBANT : NON, SED SEDUCIT TURBAS. — Christi patientia in adversis multos et in admirationem rapuit et convertit, VIII, 321, 1.

## FERIA IV.

(*Joan.*, X, 22-98.)

FACTA SUNT AUTEM ENCÆNIA IN HIEROSOLYMIS, ET HIEMS ERAT. — Encænia quid, XVI, 477, 1. Festum Encæniorum quando et quomodo celebrarent Judæi : illud mystice agunt sancti in cœlo, IV, 433, 2; 497, 1.

ET AMBULABAT JESUS IN TEMPLO, IN PORTICU SALOMONIS. — Porticus Salomonis quæ, XVI, 477, 2. Porticus Salomonis in templo Hierosolymitano quæ esset, an eam Gentiles ingrederentur, XVII, 118, 1, 2.

LOQUOR VOBIS, ET NON CREDITIS : OPERA QUÆ EGO FACIO IN NOMINE PATRIS MEI, HÆC TESTIMONIUM PERHIBENT DE ME. — Opera quæ Redemptor facit fuerunt admiranda, VIII, 469, 1. Miracula et opera evincebant Jesum esse Messiam, XVI, 384, 2. Ob duplicem ejus naturam erant in eo triplices actiones, 653, 1, 2 et seqq. Omnis meditatio debet ad praxin et actionem redigi, IX, 218, 1. Operi suo serio attendens, nec id temere suscipiens, ipsum sapienter conficiet, V, 504, 1.

SED VOS NON CREDITIS, QUIA NON ESTIS DE OVIBUS MEIS. — Parabola ostii ovilis et ovium exponitur, XVI, 478, 2. Odium generare plerumque solet in moribus et agendi ratione discrepantia, VII, 317, 2.

OVES MEÆ VOCEM MEAM AUDIUNT.—Oves Christus duplices habet, prædestinatos solos, et fideles omnes, XVI, 478, 2.

EGO ET PATER UNUM SUMUS.—Christus dicit se patrem habere Deum, Judæus diabolum, VIII, 320, 1. Christus et Pater unum sunt, non tantum voluntatis concordia et consensu uti volunt Ariani, sed unum essentia et deitate, eadem numero, non specie, XVI, 479, 2.

DE BONO OPERE NON LAPIDAMUS TE, SED DE BLASPHEMIA : ET QUIA TU HOMO CUM SIS, FACIS TEIPSUM DEUM. — Filii divinitas probatur, XVI, 593, 1, 2.

RESPONDIT EIS JESUS : NONNE SCRIPTUM EST IN LEGE VESTRA, QUIA EGO DIXI : DII ESTIS ?—Quare judices vocentur dii, XVI, 480, 1.

## FERIA V.

(*Luc.*, VII, 37-50.)

Mulieris peccatricis conversionem. *Vide* MARIA MAGDALENA.



## FERIA VI.

(*Joan.*, XI, 47-54.)

COLLEGERUNT ERGO PONTIFICES ET PHARISÆI CONCILIUM, ET DICEBANT : QUID FACIMUS, QUIA HIC HOMO MULTA SIGNA FACIT ? — Quanta pontificum et Pharisæorum cæcitas, XVI, 498, 1. Consilia pharisæorum de Christo opprimendo, VIII, 314, 1. Quia eorum moribus contrarius erat, 315, 2. Opera justorum et impiorum contraria sunt, *ibid.*, 2 et seq. Odii radix est morum dissonantia, 317, 2. Laudatio ab hoste vera est, non fucata, VI, 326, 1, 2.

SI DIMITTIMUS EUM SIC, OMNES CREDENT IN EUM ; ET VENIENT ROMANI, ET TOLLENT LOCUM NOSTRUM ET GENTEM. — Cur a Romanis propter Christum sibi timebant Judæi. XVI, 498, 2. Quam livor et odium eos excæcaret, *ibid.* Item omnium politicorum et Machiavelistarum qui politiam religioni præferunt, 499, 1.

UNUS AUTEM EX IPSIS, CAIPHAS NOMINE, CUM ESSET PONTIFEX ANNI ILLIUS, DIXIT ILLIS : VOS NESCITIS QUIDQUAM, NEC COGITATIS QUIA EXPEDIT VOBIS UT UNUS HOMO MORIATUR PRO POPULO, ET NON TOTA GENS PEREAT. — Caïphæ pontificis de Christo necando consilium, an et quatenus fuerit prophetia, XVI, 499, 2.

## IN COMPASSIONE BEATÆ MARIÆ.

(*Joan.*, XXI, 25-27.)

Vide MARIA, cap. V. § 1. AFFLICTIO MARIÆ IN PASSIONE FILII SUI. *Vide* etiam, VIII, 191, 2; 197, 2; 199, 2; 214, 2 et seq.

## SABBATO.

(*Joan.*, XII, 10-38.)

QUI AMAT ANIMAM SUAM, PERDET EAM. — Quomodo animam perdens eam amet et simul inveniat, XVI, 509, 1, 2.

NUNC ANIMA MEA TURBATA EST. — Causæ turbationis Christi, XVI, 510, 1.

PATER, CLARIFICA NOMEN TUUM.— Quam clarificationem et glorificationem Christus a Patre suo petat, XVI, 510, 2; 590, 2 et seq.

## DOMINICA PALMARUM.

### AD PROCESSIONEM.

(*Matth.* XII, 1-9.)

CUM APPROPINQUASSENT HIEROSOLYMIS, ET VENISSENT BETHPHAGE, AD MONTEM OLIVETI.—Bethphage quid, XV, 457, 2 et seq. Qua de causa Christus ex Bethphage cum triumpho deduci voluit per portam Auream in Jerusalem et in templum, 458, 1. Visitatio Dei qualis, *Job*, 197, 1, 2; 198, 1; 253, 1, 2. Adventus Christi desideratus, 46, 2; 592, 2.

ITE IN CASTELLUM QUOD CONTRA VOS EST, ET STATIM INVENIETIS ASINAM, ET PULLUM CUM EA ; SOLVITE ET ADDUCITE MIHI. — Hic Christus suæ divinitatis dat argumentum, XV, 458, 2. Hæc singula tropologice conversioni peccatoris adaptantur, *ibid.*

Nobis quidem asinus vile animal est, sed in Palæstina asini sunt equis pares, VI, 297, 2. Asini quam in Judæa frequentes et usitati sint, XIV, 458, 2. Quid duo hæc animalia symbolice denotent, 459, 1. Onager symbolum insani, *Job*, 271, 1. Item hominis solitarii, 735, 1, 2; 737, 1.

HOC AUTEM TOTUM FACTUM EST, UT ADIMPLERETUR QUOD DICTUM EST PER PROPHETAM, DICENTEM : ECCE REX TUUS VENIT TIBI MANSUETUS. — Mansuetudo Deo propria et Christo, III, 658, 1, 2.

ET ADDUXERUNT ASINAM ET PULLUM ; ET IMPOSUERUNT SUPER EOS VESTIMENTA SUA, ET EUM DESUPER SEDERE FECERUNT.—Christus sedit super asinam et pullum ejus, non simul, sed successive, XIV, 459, 1 ; XV, 459, 2. Christus cur cum solemni pompa Jerusalem sit ingressus, XIV, 457, 1, 2; XV, 460, 1; 461, 1. Pompa Christi qualis, XV, 458, 1 ; 459, 1. Triumphus simplicitatis, *Job*, 5, 2; 6, 1 ; 41, 1; 45, 1 ; 215, 1 ; 280, 1.

ALII AUTEM CÆDEBANT RAMOS DE ARBORIBUS, ET STERNEBANT IN VIA. — Ramis de arbore palma præcisis suum de morte et peccato triumphum ac victoriam voluit præsignari, XV, 461, 1. Palma est symbolum justi, *Job*, 576, 2. Palma cur detur sanctis futuris in fine mundi, XXI, 173, 2. Palma victoriæ et constantiæ est symbolum, XII, 813, 2.

TURBÆ AUTEM QUÆ PRÆCEDEBANT, ET SEQUEBANTUR, CLAMABANT, DICENTES : HOSANNA FILIO DAVID. — Hæc verba pluribus exponuntur; quid sit hosanna, et cur a turba id Christo acclamatum, XV, 461, 1, 2. et seq. Cur Christus dicatur filius David, 53, 2; 462, 2.

BENEDICTUS QUI VENIT IN NOMINE DOMINI, HOSANNA IN ALTISSIMIS ! — Idem hic populus qui Christum suscipit cum tantis acclamationibus post quinque tantum dies eum ad crucem petit clamando : *Crucifigatur, Crucifigatur*, unde videre licet quam vulgi sensus et mores sint instabiles, de quo, II, 242, 1 et seq.

Christi hodiernus triumphus mox transit in crucem, V, 418, 2.

Item agi poterit de fallacia et instabilitate gloriæ hujus mundi, XVIII, 68, 1; 315, 2; 655, 1. Favor humanus quam sit vanus, XII, 146, 2. Favor popularis parvi faciendus, *Job*, 441, 2; 461, 2. Amici infidi non permanent in tribulatione, 168, 1. Exempla eorum qui laudes et verba hominum contempsere, *ibid.*

Judæorum Christum hodie festive excipientium et post quinque dies cruci affigentium exemplo ostendi poterit quam vita hominum mutationibus et vicissitudinibus obnoxia ut pila, XI, 342, 2.

AD MISSAM.

Cum hodie et Feriis III, IV et VI legi soleat et pro concione exponi Passio Domini Jesu Christi secundum SS. *Mathæum*, *Marcum*, *Lucam*, *Joannem*, concionatores qui de ea tractare voluerint, videant in *Memorialis* prima parte, JESUS CHRISTUS, cap. VI, JESU CHRISTI PASSIO, CRUCIFIXIO, MORS, SEPULTURA, ubi invenient : art. I, *Christi Passionis seriem historicam*; art. II. *Quæstiones dogmaticas et morales ad passionem Christi pertinentes*, scilicet passionis *mandatum*, *causas*, *auctores*, *modum*, *effectus et fructus typos et figuras*. Videndum etiam, cap. VIII, DE VARIIS CHRISTI TITULIS AC MUNERIBUS, art. I, *Jesus Christus Dei hominumque mediator, et humani generis Salvator et Redemptor*. Identidem, *S. Evangelii secundum Matthæum*, cap. XXVI, XXVII, ubi tota ex ordine Passio Christi juxta concordiam exponitur.

## FERIA II MAJORIS HEBDOMADÆ.

(*Joan.*, XII, 1-9.)

JESUS ERGO ANTE SEX DIES PASCHÆ VENIT BETHANIAM. — Ante sex dies Paschæ quid, XVI, 503, 1.

MARIA ERGO ACCEPIT LIBRAM UNGUENTI NARDI PISTICI, PRETIOSI. — Pistica nardus quæ, XVI, 503, 2 et seq. Christus est nardus, quia ejus virtutum odore totus mundus repletus est, VII, 525, 2. Fides, spes, charitas, cypro, nardo, croco repræsentantur, VIII, 78, 1; 80, 1. Nardo quoque spes, dilectio, passio Christi, humilitas, prudentia, 80, 2. Optima Deo offerenda, XVI, 504, 2.

DIXIT ERGO UNUS EX DISCIPULIS EJUS, JUDAS ISCARIOTES, etc : QUARE HOC UNGUENTUM NON VENIIT TRECENTIS DENARIIS, ET DATUM EST EGENIS? DIXIT AUTEM HOC, NON QUIA DE EGENIS PERTINEBAT AD EUM, SED QUIA FUR ERAT, ET LOCULOS HABENS, EA QUÆ MITTEBANTUR PORTABAT. — Cur Christus Judam furem elegit, XVI, 505, 1. Christus paupertatem professus est, cur, *ibid.*, 2. Perfecti habent bona in communi, 506, 1. An loculos habere perfectionem minuat, *ibid.*, 2.

## FERIA III ET IV.

(*Marc.*, XIV, XV; *Luc.*, XXII, XXII.)

*Vide notata* DOMINICA PALMARUM, *ad Missam*,

## FERIA V IN CŒNA DOMINI.

(*Joan.*, VIII, 1-15.)

ANTE DIEM FESTUM PASCHÆ. — Quo die Christus ultimum Pascha celebrarit, et Eucharistiam instituerit ; quomodo in eo dissentiunt Græci a Latinis, XVI, 521, 1. An decimo quarto die, *ibid.* Eam instituit velut argumentum extremi amoris, 522, 1, 2 (*Vide* EUCHARISTIA).

SCIENS JESUS QUIA VENIT HORA EJUS, UT TRANSEAT EX HOC MUNDO AD PATREM, CUM DILEXISSET SUOS QUI ERANT IN MUNDO, IN FINEM DILEXIT EOS. — Christus pedes discipulorum lavit cur, XVI, 521, 2. *In finem* quid significet, 522, 1. Christus est finis, *ibid.*

ET CŒNA FACTA. — Triplex cœna Christi, XVI, 522, 2.

SCIENS QUIA OMNIA DEDIT EI PATER IN MANUS, ET QUIA A DEO EXIVIT, ET AD DEUM VADIT, SURGIT A CŒNA, ET CUM ACCEPISSET LINTEUM, PRÆCINXIT SE. DEINDE MITTIT AQUAM IN PELVIM, ET CŒPIT LAVARE PEDES DISCIPULORUM. — Quomodo hæc pedum apostolorum lotio fuerit peracta ; tres ejus causæ : in ea summa Christi humilitas elucet, XVI, 523, 1 et seqq. Omnes ejus actus sigillatim excutiuntur, *ibid.*, 2. Hæc ante Eucharistiæ institutionem præmissa est, 523, 1. Lotio pedum an Sacramentum, 523, 2. Mos lavandi pedes baptizatorum in Mediolanensi Ecclesia, 525, 1.

DICIT EI PETRUS : NON LAVABIS MIHI PEDES IN ÆTERNUM. RESPONDIT EI JESUS : SI NON LAVERO TE, NON HABEBIS PARTEM MECUM. — Petrus lotioni pedum suorum resistit, 526, 1. Duæ insignes regulæ morales ex responso Christi colligendæ, *ibid.*, 2.

DICIT EI SIMON PETRUS : DOMINE, NON TANTUM PEDES MEOS, SED ET MANUS, ET CAPUT. — Obedientia cæteris virtutibus præferenda, XVI, 526, 2.

DICIT EI JESUS : QUI LOTUS EST, NON INDIGET NISI UT PEDES LAVET ; SED EST MUNDUS TOTUS. — Quænam peccata in apostolis per lotionem pedum expurgata, XVI, 527, 1.

EXEMPLUM ENIM DEDI VOBIS, UT QUEMADMODUM EGO FECI VOBIS, ITA ET VOS FACIATIS. — In exemplum subditis præeant prælati, XVI, 527, 2 (*Vide* EXEMPLUM, PRÆLATUS, etc.).

## FERIA VI IN PARASCEVE.

(*Joan.*, XVIII, XIX.)

*Vide notata* DOMINICA PALMARUM, *ad Missam*.

## SABBATO SANCTO.

(*Matth.*, XVIII, 1-7.)

*Vide notata* IN FESTO PASCHATIS.

## IN FESTO PASCHATIS.

(*Marc.*, XVI, 1-7.)

Cum Evangelium legatur de Resurrectione Christi, videre est JESUS CHRISTUS, cap. VII. RESURRECTIO CHRISTI, ubi, *primo*, Resurrectionis Christi circumstantiæ historicæ exponuntur ; *secundo*, expenduntur quæstiones variæ ad resurrectionem spectantes. *Vide etiam* AGNUS PASCHALIS ; PASCHA RESURRECTIO.



## FERIA II POST PASCHA.

(*Luc.*, XXIV, 13-35.)

ECCE DUO EX ILLIS (discipulis) IBANT IPSA DIE IN CASTELLUM QUOD ERAT IN SPATIO STADIORUM SEXAGINTA AB JERUSALEM, NOMINE EMMAUS. — Historia duorum discipulorum euntium in Emmaus, XVI, 175, 1, 2 et seqq. Societatis duo commoda, I, 467, 1. Societas et fraternitas et amicitia quantum sit bonum, VII, 174, 2 et seq. ; 176, 1 ; 178, 2 ; 181, 1. Amicitia quæ inter duos contracta est, est optima, 175, 1 ; 177, 1. Unionis quanta sit vis, XVII, 32, 2. Religiosi semper bini incedant, 111, 1.

Emmaus quid, XVI, 275, 1. Hoc postea a victoria Titi ob captam Jerusalem dictum est Nicopolis, IV, 427, 2 ; 275, 2. *Vide annotat.*

ET IPSI LOQUEBANTUR AD INVICEM DE HIS OMNIBUS QUÆ ACCIDERANT. — Colloquia spiritualia commendantur, III, 284, 1 ; 285, 1. Conversatio qualis esse debeat, *Job*, 582, 1 (*Vide* LOQUI, LOQUELA, SERMO, VERBUM).

ET FACTUM EST, DUM FABULARENTUR, ET SECUM QUÆRERENT, ET IPSE JESUS APPROPINQUANS IBAT CUM ILLIS. — Jesus adest iis qui de ipso loquuntur, XVI, 275, 2. Quemadmodum Redemptor hic se discipulorum horum colloquio ultro et de repente inseruit, quod de ipsius gestis hi loquerentur, ita de Deo et gratia sollicitis, ipse et hæc ultro se offerunt, VIII, 407, 2. Deus quomodo prope sit, XI, 652, 2. Deus ubique præsens est, XII, 492, 1. Sollicitudo ambulandi cum Deo quid requirat, XIV, 134, 1. Varii ad eam stimuli, *ibid.*, 1, 2. Modus et praxis cum Deo ambulandi per sex alas, *ibid.* et 135, 1. Deus nunquam suos deserit, *Job*, 255, 1. Invisibilis est, 488, 1. Multipliciter nos erudit, 673, 2. Mœrentium consolator, 137, 2. Medicus animarum, 133, 1, 2.

OCULI AUTEM ILLORUM TENEBANTUR, NE EUM AGNOSCERENT. — Cur Christum non agnoscebant duo discipuli, XVI, 375, 2. Cur Christus in alia effigie duobus discipulis apparet 276, 1.

TU SOLUS PEREGRINUS ES IN JERUSALEM ET NON COGNOVISTI QUÆ FACTA SUNT HIS DIEBUS. — Peregrini sumus omnes super terram, *vide* PEREGRINATIO, PEREGRINUS.

QUIBUS ILLE DIXIT : QUÆ ? ET DIXERUNT : DE JESU NAZARENO QUI FUIT VIR PROPHETA, POTENS IN OPERE ET SERMONE CORAM DEO ET OMNI POPULO. — Talis sit Christianus, præsertim sacerdos, religiosus, prædicator, XVI, 277, 1. Prædicator ea quæ docet, etiam opere debet exequi, VII, 590, 2. Plus doceat vita quam verbo, XX, 158, 2. Sermo et actiones externæ inter se convenire debent, et alter alterum cohonestare, VIII, 71, 2. Utrumque hoc in se christianus quilibet exprimere conetur, 72, 2. Christianus et docere debet et facere, XIV, 318, 1. Vitia populi magis exemplo quam castigatione tollenda sunt, 403, 1. Docendi sunt alii facto potius quam verbis, XVII, 46, 2.

NOS AUTEM SPERABAMUS QUIA IPSE REDEMPTURUS ESSET ISRAEL. — Christus Jesus quomodo sit spes nostra et Israel, XVII, 443, 1. Spes dilata animum sperantis cruciat, V, 386, 2. Spes infida est pes lassus, et dens putridus, VI, 278, 1, 2. Tres gradus in Deum sperantium, XI, 507, 1, 2. Ex desperatione oritur spes, XIII, 319, 1, 2. Christianus semper sperare debet, nunquam desperare, *ibid.* Sperandum est Deum in adversis auxiliaturum, et ea ablaturum, XIV, 226, 1. S. Pauli apostoli spes invicta fuit, *Vide* PAULUS. Pro omnibus quæ ad spei virtutem spectant, *Vide* SPES.

ET IPSE DIXIT AD EOS : O STULTI, ET TARDI CORDE AD CREDENDUM IN OMNIBUS QUÆ LOCUTI SUNT PROPHETÆ ! — Cur acribus hisce verbis et cognominibus Christus, quasi magister, discipulos pungat et castiget, XVI, 277, 2. Correptio Dei utilis, *Job*, 142, 2 ; 299, 2 ; 637, 2 ; 786, 1. Occulta revelat, 294, 1 Vitia quomodo corrigenda et increpanda, XIX, 306, 2. Superiores interdum duris verbis possunt subditos corrigere, XVIII, 536, 2. Quomodo se gerere debeant in reprehendendis vitiis, 464, 2.

NONNE HÆC OPORTUIT PATI CHRISTUM, ET ITA INTRARE IN GLORIAM SUAM ? — Quinque causæ cur Christus pati debuit, XVI, 278, 1. Christus tribus de causis pati debuit, XIX, 372, 1. Deus passionem, non actionem necis Christi decrevit, XVIII, 129, 2. Per tribulationem oportet nos ad cœlum tendere, 294, 2. Cruces et passiones quantam patientibus gloriam pariant, 446, 1, 2. Christi patientis exemplum docet fideles pati, XX, 333, 2. Patiendo cruci Christi inserimur, 364, 2. In patientibus patitur Christus, *ibid.* In patiente requiescit Dei majestas, 365, 2 et seq. In passionibus nobis est gloriandum, XVII, 156, 2. Pii omnes hic persecutionem patiuntur, XIX, 302, 1. Mala quomodo sustinenda sint, *Job*, 68, 1. Tribulatio ad patientiam inungit, 68, 2 ; 647, 1. Perturbatio nos percellere non debet, 492, 2. Fortitudo christiani in fide fundatur, 103, 2 ; 743, 1 (*Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO, PATIENTIA, PERSECUTIO).

ET INCIPIENS A MOYSE ET OMNIBUS PROPHETIS, INTERPRETABATUR IN OMNIBUS SCRIPTURIS QUÆ DE ILLO ERANT. — Testamenti Veteris et Novi consensus magnam doctrinæ christianæ auctoritatem conciliat, XIV, 540, 2. Interpretatio Scripturæ cur vocetur prophetia, XX, 437, 1. Ejus intelligentia per orationem impetratur, 438, 2 (*Vide* SCRIPTURA SACRA).

ET APPROPINQUAVERUNT CASTELLO QUO IBANT, ET IPSE SE FINXIT LONGIUS IRE. — Hæc Christi fictio non fuit mendacium, XVI, 278, 1. An licitum sit aliquando simulare, XVIII, 527, 1. Simulare et mentiri longe differunt, *ibid.* Omnis fraus et deceptio a Christiano exulare debet, 642, 2. Mentiri nunquam licet, 529, 2 ; 643, 1.

ET COEGERUNT ILLUM, DICENTES : MANE NOBISCUM, QUONIAM ADVESPERASCIT, ET INCLINATA EST JAM DIES. — Hæc verba jugiter per omnem vitam in corde et ore Christiani habere debent, XVI, 278, 2.

ET FACTUM EST DUM RECUMBERET CUM EIS, ACCEPIT PANEM, ET BENEDIXIT, AC FREGIT, ET PORRIGEBAT ILLIS. — An hic Christus panem consecraverit, XVI, 278, 2. Usus unius speciei in Eucharistia hic probatur, 279, 1.

ET APERTI SUNT OCULI EORUM, ET COGNOVERUNT EUM, ET IPSE EVANUIT EX OCULIS EORUM.— Mirabilis Eucharistiæ effectus, XVI, 270, 1. Hospitalitatis officio ad Christi cognitionem pervenitur, *ibid*. Cur Christus hic evanuit, *ibid*. et 2.

ET DIXERUNT AD INVICEM : NONNE COR NOSTRUM ARDENS ERAT IN NOBIS, DUM LOQUERETUR IN VIA, ET APERIRET NOBIS SCRIPTURAS ? — Christus ita loquitur exterius, ut interius corda amore divino succendat, XVI, 279, 2. Verbum Dei illuminat et accendit, *Job*, 274, 2.

## FERIA III.

(*Luc.*, XXIV, 36-47.)

STETIT JESUS IN MEDIO EORUM, ET DIXIT EIS : PAX VOBIS. — Christus est medium universi, ac semper, dum vixit, medium locum elegit, et quare, XIV, 243, 1, 2; 244, 1. Quomodo ipse sit medium duarum vitarum, 247, 1, 2. Virtus inter duo extrema in vitium declinantia, sita est, VII, 263, 2 ; 265, 1, 2.

EGO SUM, NOLITE TIMERE.— Merito, quia impii semper timent, VIII, 611, 2; 612, 1, 2. Conscientiæ vis in utramque partem, *ibid*. Tres sunt causæ metus impiorum, 615, 1. Sancti e contra nihil timent, XX, 330, 1. Timere non debent, ardua et heroica aggredientes, 398, 2.

ET DIXIT EIS : QUID TURBATI ESTIS, ET COGITATIONES ASCENDUNT IN CORDA VESTRA ? VIDETE MANUS MEAS ET PEDES, QUIA EGO IPSE SUM ; PALPATE ET VIDETE, QUIA SPIRITUS CARNEM ET OSSA NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. — Quomodo corpus gloriosum potest esse simul subtile et palpabile, XVI, 280, 2. An palpatio Christi, comestio, etc., argumentum sufficiens resurrectionis fuerit, 281, 1.

ET CUM HOC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANUS ET PEDES.— An apostoli revera manus et pedes Christi perforatos tetigerint, XVI, 281, 1, 2. Vulnera quinque Christi sunt velut foramina petræ, VII, 587, 2. Ea vulnera ex amore suscepit, VIII, 66, 2.

AT ILLI OBTULERUNT EI PARTEM PISCIS ASSI ET FAVUM MELLIS. — Piscis assus quid symbolice significet, XVI, 282, 1. Favus mellis Samsonis, II, 199, 1, 2; 200, 1. Favus mellis est sapientia mellita, VI, 231, 2. Quid mel symbolice denotet, 73, 2 et seq. Mel est symbolum virtutis et sanctitatis, 229, 1, 2. Spiritus consolationes sunt instar mellis, 231, 2. Favus quid proprie sit, VIII, 69, 2. Sermo suavis et placidus favo mellis assimilatur, *ibid*. Uti hunc favum ab apostolis porrectum Christus gustavit, ita et Eucharistiam quæ per favum denotatur, ipse primus manducavit, 92, 1, 2; 93, 1. Aliæ favi applicationes, 94, 1.

Varias Christi post resurrectionem apparitiones quæ in Evangeliis Feriarum sequentium leguntur, *Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VII, art. 1.

## DOMINICA IN ALBIS.

(*Joan.*, XX, 19-31.)

CUM ERGO SERO ESSET DIE ILLO, UNA SABBATORUM, ET FORES ESSENT CLAUSÆ, UBI ERANT DISCIPULI CONGREGATI PROPTER METUM JUDÆORUM.— Concordia facit cor unum, et quare, XVII, 132, 1, 2. Ejus in congregatione retinenda quæ sint media, 133, 1. Communis vita quos fructus afferat, 106, 2 et seqq. Unionis et concordiæ quanta sit vis, 32, 2. Unanimitas invicta est, XX, 320, 2. Concordiæ vis unde nascatur, 321, 1 (*Vide* CONCORDIA, UNANIMITAS).

VENIT JESUS, ET STETIT IN MEDIO, ET DIXIT EIS : PAX VOBIS. — Cur Evangelista ait fores fuisse clausas, XVI, 630, 1. Quomodo ad apostolos sic ingredi potuerit, *ibid*. et seq. Ratio est quia corpus gloriosum potest simul esse subtile et palpabile, XVI, 279, 1. Dotes animæ et corporis gloriosi, XX, 565, 1. Tropologice Christus apparet eis qui fores mentis mundo et carni occluserunt, *ibid*, 2. Diversimode Deus apparet suis, VIII, 276, 2.

Hac formula : *Pax vobis*, salutant suos Hebræi, sic eis omne bonum apprecantes, XVI, 631, 1. Salutatio sanctorum semper efficax et salutaris est, XVII, 30, 1 ; 115, 1. Pax Dei est quadruplex, XIX, 63, 2. Pax est scutum christianorum impenetrabile, *ibid*. Pacis fortitudo et effectus, 64, 1. De pace *vide multa*, 106, 1, 2. Pax animæ et serena conscientia Deum ad habitandum in ea invitat, XIV, 344, 1. Pacis semen quintuplex est, 445, 1. Pacis quod sit emblema, 411, 1. Sapiens et justus in perenni sunt pace, X, 567, 2. Pax bonorum complementum, *Job*, 148, 2. Pacis actiones quales, 477, 2.

ET CUM HOC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANUS ET LATUS. — Vulnus lateri Christi inflictum quoad omnes circumstantias expenditur, XVI, 620, 1 et seqq. Latus Christi dextrum lancea fuit perfossum, et omnia sacramenta ex eo fluxerunt, XII, 852, 2. Christus vulnerum manuum, lateris et pedum foramina a resurrectione resumere voluit, et adhuc in cœlo servat, XIV, 521, 1, 2; XVI, 631, 1, 2. Sancti viri jugiter in vulneribus hisce commorantur, XIV, 511, 2. In his tutissima quies et statio est, 517, 1. Vulnera Christi sunt velut fenestræ, XII, 812, 2. Christus in vulneribus suis Ecclesiam et singulos fideles descripsit, XI, 589, 2. Stigmata vulnerum in corpore ejus et beatorum semper manebunt, XI, 655, 2.



DIXIT ERGO EIS JESUS ITERUM : PAX VOBIS. — Cur iterum eis Jesus pacem apprecetur, XVI, 631, 2.

SICUT MISIT ME PATER, ET EGO MITTO VOS. — Apostoli quomodo a Christo sint missi eadem potestate qua ipse missus est, XVI, 682, 1 et seqq.

HÆC CUM DIXISSET, INSUFFLAVIT.— Quare in apostolos Dominus insufflarit et quid hæc insufflatio innuat, XVI, 2 et seqq.

ET DIXIT EIS : ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM, QUORUM REMISERITIS PECCATA, REMITTUNTUR EIS, ET QUORUM RETINUERITIS, RETENTA SUNT.—Spiritus sanctus quomodo hic detur apostolis, XVI, 633, 1. Absolvendi potestas penes quos sit, XVIII, 427, 1. Potestas a peccatis absolvendi fideles data est apostolis, XVI, 633, 1. Hæc non est prædicatio Evangelii, ut vult Calvinus, *ibid.*, 2. Hanc potestatem eis dando Christus confessionem sacramentalem instituit, 634, 1, 2. Duplex sacerdotum potestas ordinis, XVI, 635, 1, 2. Typus et figura confessionis et absolutionis fuit in Veteri Testamento, II, 37, 1. Confessionis sacramentalis fructus et necessitas documentis et exemplis docetur, *ibid*. et seq. Remissio peccati est actus justitiæ, XX, 529, 2. Confessio sacramentalis et a pœna et a culpa liberat, estque a Deo prædestinata ante omnes homines, V, 578, 1. Confessio criminum a confessione et laude Dei pendet, IX, 492, 1, 2. Confessionis encomia, 166, 2 (*Vide* CONFESSIO, PECCATUM, POENITENTIA).

THOMAS AUTEM UNUS EX DUODECIM, QUI DICITUR DIDYMUS, NON ERAT CUM EIS QUANDO VENIT JESUS, etc. Thomæ quod sit etymon, cur dicatur Didymus, VI, 318, 2 ; XVI, 487, 1. Ejus absentia et incredulitas unde ortum habuerit, VIII, 276, 2 ; XVI, 635, 2 et seqq.

DEINDE DICIT THOMÆ : INFER DIGITUM TUUM HUC, ET VIDE MANUS MEAS, ET AFFER MANUM TUAM, ET MITTE IN LATUS MEUM. — Thomas vulnera Christi tetigit, XVI, 636, 2. An corpus gloriosum sit palpabile, 637, 1. Ex hoc latere Christi perforato omnia sacramenta et gratiæ effluxere, XIV, 516, 2. Vulnus hoc quam ingens fuerit utrumque latus lancea militis apertum est, 517, 2. Ut hic Christus Thomæ ob absentiam priorem dedit occasionem in fide proficiendi, sic superiores dent subditis interdum occasionem actus virtutum exercendi, V, 259, 2 et seq. Hominis obliviosi Deus memor est, *Job*, 196, 2. Christus vulnus explicat ut curet, 143, 1. Calamus quassatus non frangendus, 312, 1. Medici spiritualis munus quale, 102, 2 ; 200, 1. Opportunitas in monitionibus servanda, 114, 2. Gloria medici est salus ægri, 200, 1.

RESPONDIT THOMAS, ET DIXIT EI : DOMINUS MEUS ET DEUS MEUS. — Quos amoris affectus hæc verba ejus spirent, XVI, 637, 2 et seqq. Peccatum cognoscendum ut curetur, *Job*, 786, 1, 2. Confessio humilis Deum placat, 629, 2; 650, 1. Lapsus aliorum nos erudit, 662, 1.

DIXIT EI JESUS : QUIA VIDISTI ME, THOMA, CREDIDISTI : BEATI QUI NON VIDERUNT ET CREDIDERUNT. — Thomas aliud vidit, aliud credidit, XVI, 638, 1. Fides est credere quod non videtur, XVI, 638, 2; XIX, 471, 2. Fidei evidentia non est in ipsis rebus, sed in Deo attestante, XIX, 471, 1. Fidei certitudo, 518, 2. Unde hæc oriatur, 122, 1 (*Vide* FIDES).

## DOMINICA II POST PASCHA.

(*Joan.*, X, 11-17.)

EGO SUM PASTOR BONUS. — Christus pastor bonus, XVI, 472, 1, 2. Christus unicus pastor, *ibid.*, 2. Christus verus pastor est, XII, 743, 2. Christus pastor hominum, *Job*, 199, 1. Nunquam nos deserit, 146, 1 ; 256, 1 ; 373, 2. Christus pastor oves suas semper pascit et protegit, XIV, 120, 2. Nomen Dei quo suas oves Christus pascit et protegit, 121, 1. Christus pascit suos, et vicissim pascitur ipse inter animas castas et puras, VII, 596, 2 et seq. Pascit nos sua gratia et virtutibus, et iisdem pascitur, 597, 2. Unumquemque porro pascit pro suo statu, *ibid*. Deus unus est Ecclesiæ pastor, item Pontifex Romanus, 407, 2.

Episcopi et reges sunt subditorum suorum veluti pastores, id denotatur per pedum pastorale et sceptrum regale, VIII, 411, 1. Omnia quæ ad pastorum animarum officia spectant, *Vide* cap. PASTOR, § II, PASTORES ANIMARUM.

Quia apud sacros et profanos auctores principes et magistratus sæculares vocantur etiam pastores, etiam de iis agi poterit, *Vide* PRINCEPS, RECTOR, REX.

BONUS PASTOR ANIMAM SUAM DAT PRO OVIBUS SUIS. — Christus pro Ecclesiæ et animarum salute nullum laborem aut periculum, nec ipsam mortem detrectavit, et ita suos et Ecclesiam amavit, ut pro iis sit mortuus, quia se ab illis videt amari, VIII, 65, et seq. An et quando vita pro proximo sit exponenda, XX, 577, 1, 2. Pro amico vitam exponere, heroicum est opus, VII, 181, 1. Id probatur exemplis, *ibid*.

MERCENARIUS AUTEM ET QUI NON EST PASTOR, CUJUS NON SUNT OVES PROPRIÆ, VIDET LUPUM VENIENTEM, ET DIMITTIT OVES, ET FUGIT, ET LUPUS RAPIT, ET DISPERGIT OVES.— Quis dicatur pastor mercenarius, et quinam sint lupi gregem discerpentes, XVI, 474, 1. Hypocrita tempore periculi fugit, at verus pastor manet, V, 136, 2 et seq. Princeps avarus lupo similis, *Job*, 468, 1. Pastorum vitia quam populo sint noxia, XI, 663, 1, 2. Pastores et prælati quomodo fiant subditis rete et laqueus, XIII, 352, 2. Vitia sunt dæmonis retia, *Job*, 277, 2; 295, 2 ; 387, 2. Prædonum studium quale, 427, 2;

497, 1. Prælati negligentes officio sunt privandi, 617, 2 (*Vide* PASTOR, PRÆLATUS).

EGO SUM PASTOR BONUS, ET COGNOSCO OVES MEAS, ET COGNOSCUNT ME MEÆ. — Prima boni pastoris conditio est quod oves suas cognoscat et ab ovibus cognoscatur, XVI, 475. 2. Christus cognitas oves ad læta pascua deducit, quin et suo pascit corpore ac sanguine, VII, 473, 1, 2.

ET ALIAS OVES HABEO, QUÆ NON SUNT EX HOC OVILI : ET ILLAS OPORTET ME ADDUCERE, ET VOCEM MEAM AUDIENT, ET FIET UNUM OVILE ET UNUS PASTOR. — Quæ sint istæ aliæ oves, XVI, 475, 1. Quomodo et quando fiet unum ovile et unus pastor, *ibid.*, 2.

## DOMINICA III POST PASCHA.

(*Joan.*, XVI, 16-23.)

MODICUM, ET JAM NON VIDEBITIS ME; ET ITERUM MODICUM, ET VIDEBITIS ME : QUIA VADO AD PATREM. — Quidnam hic *modicum et non videbitis me*, XVI, 580, 2. Apud Deum omnia tempora sunt quiddam modicum, XVIII, 466, 1. Vita brevis, *Job*, 207, 1, 2; 316, 1; 320, 2; 321, 1. Tempus edax rerum, 331, 1. Cuique rei præstitutum, 646, 2. Creata omnia veterascunt, 580, 1. Christus animæ afflictæ et Ecclesiæ nunc se ostendit, nunc se abscondit, VII, 575, 2; 576, 1. Deus subinde animæ amanti suam præsentiam et gratiam illuminantem subtrahit, quo ejus desiderium magis accendat, 606, 2 et seq.

AMEN, AMEN DICO VOBIS, QUIA PLORABITIS ET FLEBITIS VOS, MUNDUS AUTEM GAUDEBIT. — Impii prosperantur, pii affliguntur, V, 99, 1, 2; 101, 2; IX, 345, 1, 2. Sancti hujus vitæ tædium habent, ideo semper in luctu sunt, VII, 118, 1, 2. Est aliud tempus flendi, aliud ridendi, 133, 1. Lugendi causas varias habet homo, XX, 184, 1. Lugentium varia exempla, *ibid.* Cruces fidelium non moriuntur, nisi cum vita, 375, 1. Sancti mori exoptant, ne tot Dei videant offensas, totque suas ærumnas et tentationes, VII, 165, 2. Vita justorum mera est afflictio, VIII, 330, 1. Virtus suum habet agonem, omnesque justi martyres sunt, 333, 1. Apostoli et concionatores solent exagitari, et persecutionem et martyrium pati, XI, 95, 1. Pascuntur opprobriis, XII, 395, 2. Tribulationes et afflictiones sunt dapes Christi, VIII, 91, 1. Pii quoque iis gaudent, 26, 2 (*Vide* AFFLICTIO).

Deus pios opprimi, impios dominari permittitur, XIV, 203, 2 et seq. Pressuræ et persecutiones Ecclesiam reddunt nigram, sed formosa est per invictam animi patientiam, VII, 494, 1; 495, 1. Persecutio ardens meridie denotatur, 502, 1. Persecutiones hominem in virtute insigniter promovent, 519, 2 et seq. In persecutione invenitur Christus, non in prosperitate, 606, 2. Deus animam tentationibus et tribulationibus conterit atque humiliat, ut suavius flagret, VIII, 5, 1. Patientia explorat opera justorum, 322, 1. Deus tentat suos per adversa, ut sic eorum virtutem faciat elucescere, *ibid.*, 2. Per hæc eosdem purgat, 334, 2. Hi iis purgantur ut aurum igne, *ibid.* Cur aurum igne non cremetur, 335, 2. Dolere et pati pro Christo magna laus est, XVII, 157, 1, 2. *Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO, § III. UTILITAS AFFLICTIONUM, ET MOTIVA AD EAS FORTITER FERENDAS.

Mundi gaudia quam sint instabilia et vana, IV 382, 1, 2. Gaudium impiorum breve, 460, 2. Extrema gaudii luctus occupat, 344, 1, 2; 365, 1. Risus frequens est causa dissolutionis, V, 302, 1. Risus peccantium in luctum transit, 417, 1. Mundi gaudium et voluptas mendax est, peccanti risus et impunitas luctuosa est, 201, 2. Mundi gaudia pariunt deinde in animo tristitiam, VII, 144, 1.

SED TRISTITIA VESTRA VERTETUR IN GAUDIUM. —Apostolis vitæ christianæ asperitas in dulcedinem et consolationes transiit, XI, 514, 1. Lenit consuetudo acerba et tristia omnia, XI, 251, 1. Religiosorum amara, mera sunt gaudia, *ibid.* et 2. In tribulatione et tentatione exuberat Christi gratia et consolatio, VII, 534, 1. Consolationes divinæ quam suaves sint, XVII, 223, 2. Christianismi voluptas et gaudia quæ sint, 108, 2. Quam dulce sit pro Deo pati, XX, 17, 2. In passione cur sit gaudendum, 19, 1 et seqq. Major est qui in nobis quam qui in mundo, 589, 1, 2 et seqq. Consolationes divinæ semper sunt majores passionibus, XVIII, 421, 2. Gaudium Domini duplex, IV, 248, 2 et seq. Pro gloria æterna pati facile est, XX, 48, 2. Tristitia sæculi, et tristitia secundum Deum quomodo differant, XVIII, 465, 2. Usus et fructus tristitiæ *ibid.* Septem effectus tristitiæ, 466, 1. Differentia gaudii sanctorum et mundi, 459, 1. Quomodo semper in Domino debeamus gaudere, XIX, 60, 2. Pœnitentes sese macerantes et lugentes qua se spe solentur, XIV, 611, 1.

Pii hic assidue lugent, sed eorum luctus in cœlo in gaudium convertetur, XVI, 581, 2. Consolatio in hoc sæculo et simul in futuro haberi nequit, XVI, 114, 1. Anima post hanc vitam invitatur a labore et tribulatione ad quietem et gaudium, VII, 582, 2. Hinc ipsa ærumnis pressa subinde ad Deum suspirat, *ibid.* Amaritudines et pressuræ gaudium in hac vita et futura pariunt, VIII, 27, 1. Quos Deus in hac vita punit et tristari facit, in altera ridere faciet et præmiabit, XIV, 166, 2. Lætitia vera christianorum in spe felicitatis æternæ sita est, II, 175, 1 et seq. Justus moriens, bene sperat, et jubilat in morte, V, 441, 1.

MULIER CUM PARIT, TRISTIAM HABET, QUIA VENIT : CUM AUTEM PEPERERIT PUERUM, JAM NON MEMINIT PRESSURÆ PROPTER GAUDIUM, QUIA NATUS EST HOMO IN MUNDUM. — Puerperæ et parturientis doloris recte comparatur dolor discipulorum Christi, XVI, 582, 2 et seq. Virtutis difficultates sunt perfringendæ, ut ejus dulcedo percipiatur, V, 464, 1, 2. Anima rationalis quomodo in homine creetur, et corpori uniatur, XIX, 445, 2.



ITERUM AUTEM VIDEBO VOS, ET GAUDEBIT COR VESTRUM : ET GAUDIUM VESTRUM NEMO TOLLET A VOBIS. — De vero et solido gaudio justorum, II, 175, 1. De gaudio spirituali, et ejus fructu, et de mediis ad illud perveniendi, 444, 2 et seq. Gaudium in solo Christo, III, 266, 2. In solo Deo lætandum, IV, 248, 2 et seq. Solidum gaudium tantum in Deo reperitur, X, 558, 2. Virtus sola verum gaudium affert, VI, 196, 1, 2; X, 98, 2. Gaudet justus ob opera virtutis quæ agit, 111, 1, 2. Causa veri gaudii est placere Deo, VII, 315, 1. Delectatio spiritualis major est carnali, X, 155, 2. Conscientiæ bonæ quantum sit gaudium, V, 459, 2 et seq. Animi gaudium etiam in corpus et vultum se transfundit, 457, 1; 547, 2. Virtus et bona conscientia animi quietem præstat, VII, 144, 1. Consolationes divinæ post amaritudines, quam sint suaves, VII, 467, 2; XX, 280, 1. Undenam lætitia sanctorum in hac vita oriatur, VIII, 476, 1. Tres fructus lætitiæ, X, 103, 2. Lætitia spiritualis est quidam prægustus cœli, XX, 253, 1, 2.

## DOMINICA IV POST PASCHA.

(*Joan.*, XVI, 5-14.)

VADO AD EUM QUI MISIT ME, ET NEMO EX VOBIS INTERROGAT ME : QUO VADIS ? SED QUIA HÆC LOCUTUS SUM VOBIS, TRISTITIA IMPLEVIT COR VESTRUM. — Tacite Christus objurgat discipulos quod præ nimia ob suum abitum tristitia, animum interrogandi non habuerint, XVI, 576, 1.

SED EGO VERITATEM DICO VOBIS, EXPEDIT VOBIS UT EGO VADAM; SI ENIM NON ABIERO, PARACLETUS NON VENIET AD VOS. — Cur Christo non abeunte discipuli sancti Spiritus incapaces erant, XVI, 576, 1, 2. Bona minora pro majoribus relinquenda, *Job*, 54, 2. Gloria Dei nostris commodis præhabenda, 92, 2. Spiritus cura præcipua sit, 55, 1, 2.

Spiritus sanctus est consolatorius et suavis, VIII, 444, 1. Est osculum et suavium Dei, *ibid.*, 2. Est paracletus, 473, 1 (*Vide* SPIRITUS SANCTUS).

ET CUM VENERIT ILLE, ARGUET MUNDUM DE PECCATO, ET DE JUSTITIA, ET DE JUDICIO. — *Arguere* quid significet, XVI, 576, 2; *Job*, 173, 2; 459, 1. Arguet mundum de peccato, de justitia, de judicio, quid, XVI, 576, 2. Mundus totus est sub diabolo et in malignitate, XX, 622, 1, 2. *De peccato*; peccatum hoc erat infidelitatis : quia Judæi Christo noluerunt credere, rejecti sunt; de rejectione Judæorum, *vide* XVIII, 155, 1 et *toto cap.* Infidelitas quam magna sit peccatum, XIX, 383, 2. Veritatem oblatam recusantes pœna infidelitatis et errorum puniri solent, XVIII, 158, 2.

*De justitia*; de vera Dei et falsa hominum justitia, *vide* JUSTIFICATIO, JUSTITIA.

*De judicio*; falsum hominis judicium, XVI, 577, 2. Diabolus est princeps hujus mundi, VII, 136, 1, 2. Quomodo jam judicatus sit, XVI, 578, 1.

Qui plura de peccato, justitia, judicio in genere agere velit, adeat capita JUDICIUM, JUSTITIA, PECCATUM.

ADHUC MULTA HABEO VOBIS DICERE, SED NON POTESTIS PORTARE MODO. — Deus omnia sua secreta non pandit, quædam sibi reservat, VI, 252, 2 et seq. Multa fidei mysteria captum hominis superant, 253, 2 et seq. Dei magnalia homo ad fundum penetrare nequit, IX, 502, 1. Mysteria Dei inpervestigabilia non sunt scrutanda, VI, 183, 2. Nihil in omnibus rebus perfecte percipi potest, VII, 56, 2; 57, 2. Quæ sit causa quod homini scientia sit difficilis, 58, 1. Magister se discipulorum capacitati accommodet, V, 559, 2.

CUM AUTEM VENERIT ILLE SPIRITUS VERITATIS, DOCEBIT VOS OMNEM VERITATEM. — Sapientia a paucis invenitur, IX, 210, 2. Est laboriosa et ponderosa, 209, 2 et seq. Veritatis descriptio et proprietas, VII, 5, 2. Deus est veritas, *ibid.* (*Vide* VERITAS). Scientia vera quæ sit, XX, 416, 2. Spiritus sancti unctio in rebus dubiis invocanda est, XVI, 579, 2; XX, 554, 2 et seq.

NON ENIM LOQUETUR A SEMETIPSO, SED QUÆCUMQUE AUDIET, LOQUETUR; ET QUÆ VENTURA SUNT, ANNUNTIABIT VOBIS. — Quomodo hæc Spiritus sancti locutio sit intelligenda, XVI, 578, 2 et seqq.

## DOMINICA V POST PASCHA.

(*Joan.*, XVI, 23-30.)

SI QUID PETIERITIS PATREM IN NOMINE MEO, DABIT VOBIS. — Promissio Christi de impetratione orationis expenditur, XVI, 584, 2. Quid est in nomine Christi petere, 585, 1, 2. Orantis conditiones, 585, 2. An etiam pro aliis orantes et petentes non semper exaudiamur, XV, 208, 1 et seq. Omnia quæ de orationis conditionibus, fructibus, etc., etc., dici possunt, *vide* cap. ORATIO.

USQUE MODO NON PETISTIS QUIDQUAM IN NOMINE MEO; PETITE ET ACCIPIETIS UT GAUDIUM VESTRUM SIT PLENUM. — Horum verborum genuina interpretatio, XVI, 586, 1, 2.

IN ILLO DIE IN NOMINE MEO PETETIS, ET NON DICO VOBIS QUIA EGO ROGABO PATREM DE VOBIS; IPSE ENIM PATER AMAT VOS. — An Christus in cœlo pro nobis oret oratione proprie dicta, XVI, 587, 1. Zelus Dei et Spiritus sancti in nos, XX, 177, 2 et seqq. Item Christi et angelorum, 178, 2 (*Vide* DEI BONITAS, MISERICORDIA). Si Deus amat nos, cur ultro non det ea quibus scit nos indigere, sed rogari et obsecrari velit, XVI, 587, 1, 2.

NUNC SCIMUS QUIA SCIS OMNIA. — Deus intima quæque et cordis penitus latebras pervidet, XVII, 406, 1.

## IN LITANIIS MAJORIBUS.

(*Luc.*, XI, 1-14)

QUIS VESTRUM HABEBIT AMICUM, ET IBIT AD ILLUM MEDIA NOCTE, ET DICET ILLI : AMICE, COM-

MODA MIHI TRES PANES...... ET SI ILLE PERSEVERAVERIT PULSANS, DICO VOBIS, ET SI NON DABIT ILLI SURGENS EO QUOD AMICUS EJUS SIT, PROPTER IMPROBITATEM TAMEN EJUS SURGET. — Perseverantia in bono proprie donum Dei est, XVII, 248, 2. Quanta ea sit virtus ex parte hominis, 249, 1. Perseverantia in oratione et omni opere bono commendatur, VII, 250, 2 et seq. Deus non semper prima vice dat quod petitur, sed vult sæpius rogari, IV, 9, 1 (*Vide* ORATIO, PERSEVERANTIA).

SI ERGO VOS, CUM SITIS MALI, NOSTIS BONA DATA DARE FILIIS VESTRIS, QUANTO MAGIS PATER VESTER DE CŒLO DABIT SPIRITUM BONUM PETENTIBUS SE? — Deus dicitur a *dando*, XX, 35, 1. Propendet infinite ad se communicandum, *ibid.*, 2. Ejus munificentia, 36, 2. Bona omnia naturalia, fruges, escæ, et supernaturalia, dona Dei sunt, et cum accipiuntur, Deo ascribenda, XIII, 505, 2.

*Vide notata Dominica V post Pascha* et ORATIO.

Quia litaniæ hæ institutæ sunt ad sterilitatem et plagas agrorum avertendas, hinc agi poterit de locustis, bruchis, ærugine et eruca quæ segetes et germina depascuntur, XIII, 483, 1, 2 et seq. Hisce plagis passiones hominis designantur, quæ eum depascunt, 484, 1. Hæ ipsæ mentem hominis inebriant et dementant, *ibid.*, 2. Sterilitas agrorum Dei invocatione evertenda est, 481, 1; 571, 1. Litaniæ publicæ quam antiquæ fuerint et solemnes, earum recitatio quæ commoda attulerit, 499, 1 (*Vide* LITANIÆ).

## IN FESTO ASCENSIONIS.

(*Marc.*, XVI, 14-29.)

NOVISSIME RECUMBENTIBUS ILLIS UNDECIM APPARUIT. — Christus ad cœlum ascensurus cur cum apostolis suis comederit, XVII, 51, 2. Et hæc comestio an fuerit vera, *ibid.* et seqq.

EXPROBRAVIT INCREDULITATEM EORUM ET DURITIAM CORDIS..... ET DIXIT EIS: EUNTES IN MUNDUM UNIVERSUM, PRÆDICATE EVANGELIUM OMNI CREATURÆ. — Per omnem creaturam S. Gregorius hominem vult significari, utpote qui omnes rerum creatarum reliquarum gradus et species in se contineat, VIII, 286, 1. Omni creaturæ, id est homini, quia homo omnis creaturæ essentiam et vanitatem participat, VII, 17, 2. Ad antipodes etiam Evangelium deferendum hinc colligere est, quos esse demonstratur, 42, 1.

QUI CREDIDERIT ET BAPTIZATUS FUERIT, SALVUS ERIT; QUI VERO NON CREDIDERIT, CONDEMNABITUR. — An ex his verbis solam fidem ad salutem requiri colligi possit, XV, 718, 2. In unica fide tantum salvari possumus, XVIII, 623, 2. Sola tamen justificare non potest, 562, 1.

SIGNA AUTEM EOS QUI CREDIDERINT, HÆC SEQUENTUR, etc. — Hæc signa symbolice exponuntur ex S. Gregorio, XV, 719, 1, 2.

ET DOMINUS QUIDEM JESUS, POSTQUAM LOCUTUS EST EIS, ASSUMPTUS EST IN CŒLUM. — Ascensionis Christi modus et forma, XVII, 57, 2, *vide* JESUS CHRISTUS, cap. VII; ASCENSIO CHRISTI. Cur statim a resurrectione ascenderit, 58, 2. Cur coram apostolis suis, 59, 1, 2. An ascenderit nudus, 61, 1. Quo die ascenderit, 63, 2. Triumphus Christi in cœlum ascendentis describitur, XI, 730, 1, 2. De Christi ascensione, XVIII, 625, 2. Ascendens Christus in altum, ad ortum ferebatur, VIII, 604, 2. Hodie Christus super omnes montes altius ascendit, VII, 601, 1. Christus in cœlum ascendens cedro proceræ assimilatur, VIII, 136, 2. Mons Oliveti, e quo Christus in cœlum ascendit, qualis sit, quæque in eo gesserit, XIV, 527, 2. Ascendit illuc Christus in cœlum facie ab Jerusalem aversa, et Romam versus conversa, 528, 1.

Ante Christi ascensionem nullus cœlum intravit, VIII, 478, 1. Ascendit in cœlum ut nobis viam et locum præpararet, 407, 2. Qua nos via potissimum ad Deum ascendere valeamus, XIV, 237, 2. Christiano cuilibet via in cœlos vi perfringenda est, 188, 1. De ascensione spirituali in cœlum, XIX, 100, 2. Quomodo cœlestia sapere debeamus 54, 2; 100, 1; 471, 1. Quomodo terrena contemnenda et nos ad cœlestia elevari debeamus, I, 61, 2. Scala Jacob tropologice significat virtutes quibus ad cœlum scandimus, 287, 2. Anagogice varios sanctorum choros significat, 288, 2. Quadraginta duæ viæ ad cœlum significatæ per quadraginta duos mansiones in deserto ad terram promissam, II, 371, 2. Quomodo debeamus suspirare ad cœlum, I, 638, 2. Nostrum est animo eum in cœlos abeuntem sequi, et quo ipse pervenit, eo desideriis alis evolare, VII, 488, 1. Animæ ad cœlum ferventer suspirantis desiderium, VIII, 206, 1, 2; 207, 1, 2; 208, 2; 210, 1; 212, 1; 237, 2 et seq.; 242, 1. Cœlos identidem nos aspicere, et illuc oculos defigere oportet, XVII, 61, 2; 180, 1. Animæ in cœlos ab angelis subvectæ gloria et triumphus, VIII, 211, 1.

ET SEDET A DEXTRIS DEI. — Quomodo Christus ad dexteram Patris sedeat, XIX, 100, 2 et seqq.; 355, 1. Ibi sedens Patrem pro nobis interpellat, XX, 533, 2.

ILLI AUTEM PROFECTI PRÆDICAVERUNT UBIQUE, DOMINO COOPERANTE, ET SERMONEM CONFIRMANTE, SEQUENTIBUS SIGNIS. — Quomodo mandatum a Christo datum apostoli impleverint, XIX, 78, 2. Judæis fidem repudiantibus, apostoli ad Gentes convertendas transierunt, VII, 604, 2 et seq. Synagoga ergo fuit mater Ecclesiæ christianæ a Gentibus collectæ, 605, 1. Ex quatuor orbis partibus ad Ecclesiam convertendi sunt, VIII, 61, 2. Quam Christus habuerit curandi omnia virtutem, XX, 290, 2. Nova fides miraculis confirmari debet, XVIII, 507, 2 (*Vide* APOSTOLI, APOSTOLICI VIRI, CONCIO, MIRACULA).



## DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

(*Joan.*, XV, 26-27; XVI, 1-4.)

CUM VENERIT PARACLETUS, QUEM EGO MITTAM VOBIS A PATRE. — Hæc vox *Paracletus* tria significat, et triplex significatio Spiritui sancto appropriatur, XVI, 547, 1, 2. Deus consolator, *Job*, 137, 2. Spes nostra, 142, 2; 193, 2. Christus, in cœlo existens apostolis orantibus Spiritum sanctum quem promiserat, dedit, uti et Ecclesiæ universæ, VII, 523, 2. Hinc Spiritus sanctus est umbra Christi, utpote ab eo, quatenus Deo, procedens, 554, 1, 2.

SPIRITUM VERITATIS QUI A PATRE PROCEDIT. — Quam ob causam Spiritus sanctus dicatur Spiritus veritatis, XVI, 548, 1. Quid sit veritas, ejus gradus et definitiones, 610, 1, 2 et seqq. Græcorum schisma de processione Spiritus sancti a solo Patre, 570, 1, 2. Quandonam una persona divina mitti dicatur ab alia, 570, 2. Cur Christus hic de Patre loquens seipsum subticeat, 571, 1. Doctrina orthodoxa de Spiritus sancti persona, *ibid.*, 2.

ILLE TESTIMONIUM PERHIBEBIT DE ME. — Testes tres Christi sunt in cœlo, XX, 611, 1. Et tres in terra, *ibid.*, 2.

ET VOS TESTIMONIUM PERHIBEBITIS, QUIA AB INITIO MECUM ESTIS. — Testes fideles Dei sunt apostoli, doctores, martyres, XIII, 441, 1. Eorum acies ordinatim instruitur, *ibid.* Apostoli testes Christi, *Job*, 257, 1, 2.

HÆC LOCUTUS SUM VOBIS, UT NON SCANDALIZEMINI. — Quodnam scandalum ab apostolis hic arceat Christus, XVI, 573, 1.

ABSQUE SYNAGOGIS FACIENT VOS, SED VENIT HORA UT OMNIS QUI INTERFICIT VOS ARBITRETUR OBSEQUIUM SE PRÆSTARE DEO. — Causæ quinque persecutionis in apostolos, XVI, 574, 1. Odium mundanorum erga pios, 569, 1. Mundus cur viros sanctos oderit, XX, 574, 1 et seqq. Quam hoc Christi dictum verum sit et quantas tribulationes S. Paulus passus sit, ipse multis docet, ac speciatim, XVIII, 282, 2; 496, 2 et seq. Qui Evangelium prædicant, quam multis tribulationibus sint obnoxii, 283, 2. Generaliter etiam omnes qui pie vivere volunt, persecutionem patientur, XIX, 302, 1. Christiani dira patiantur, ut Christum suum ducem sequantur, XX, 303, 2. Crux via est in cœlum, 304, 1. Nihil novum in tribulationibus Christiano qui se hac in terra peregrinum putat, XIV, 541, 1 (*Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO).

ET HÆC FACIENT VOBIS, QUIA NON NOVERUNT PATREM NEQUE ME. — Infideles privati cognitione veri Dei, in quam enormia peccata inciderint, XVIII, 51, 2 et seqq. Fons erroris Gentilium est error intellectus, 637, 2. Scientia philosophorum destitutorum cognitione Dei vana fuit, XIX, 85, 2. Cognitio Dei est vera sapientia, XX, 30, 2; 63, 1. Cognitio supernaturalis ad justificationem requiritur, XIX, 474, 2.

## IN FESTO PENTECOSTES.

(*Joan.*, XIV, 23-31.)

SI QUIS DILIGIT ME, SERMONEM MEUM SERVABIT, ET PATER MEUS DILIGET EUM. — Est mutuus amor inter Christum et Ecclesiam: ille hanc, et hæc eum diligit, VII, 593, 2. Est quoque reciprocus amor inter Christum et animam sanctam, 594, 2. Hinc ipse tam uni quam unicuique intendit, *ibid.* Amor amorem provocat, VIII, 70, 2. Amor Dei in hominibus quanta operetur, XVIII, 283, 2. Charitas Christi omnibus malis est major, 160, 2. Amoris divini vis, XX, 597, 2. Amor exstasin facit, 599, 1. Hominem in Deum transformat, *ibid.*, 2 et seq. Ejus effectus, 600, 1. Pellit timorem, 492, 2; 603, 1, 2. Zelus animæ amantis Deum, 178, 1. Deum semper præ oculis habebat, et diligebat apostolus Paulus, VII, 19, 2 et seqq. Amicitia Dei quæ bona includat, XX, 130, 2; 521, 1. Mandata Dei fidelia, *Job*, 686, 2. Diligenter servanda, 687, 1.

AD EUM VENIEMUS. — Quomodo Deus qui ubique est, ideoque immobilis, dicatur venire et manere, XVI, 550, 2. SS. Trinitas ad tres animæ potentias venit, quomodo, *ibid.* et seq. Justo et justificato Deus et SS. Trinitas novo quodam modo substantialiter inest, XIII, 298, 1; 597, 1. Justis realiter in justificatione Spiritus sanctus datur, XVII, 86, 1; 333, 2. Quomodo SS. Trinitas in anima habitet, XVI, 550, 2 et seqq.

ET MANSIONEM APUD EUM FACIEMUS. — In justificatione Spiritus sanctus totaque deitas substantialiter in hominem venit et in eo habitat, XIV, 364, 1, 2; XX, 411, 2 et seqq. Tuncque is fit quasi Deus, XX, 563, 1. Item Dei filius, *ibid.*, 2. Item Deo similis, 564, 2; 565, 2. Hæc filiatio est stimulus ad opera heroica, 564, 1. Diversimode Deus et Christus in anima manet, XV, 658, 2 et seqq. De unione animæ cum Deo, XVIII, 296, 1. Deo an in hac vita realiter uniri possimus, XX, 410, 2. Una cum Spiritu sancto in animam venit Filius et Pater, VII, 468, 2. Signa adventus Dei in animam, 595, 1. Spiritualis connubii descriptio, *ibid.*, 2. Tunc anima fit domus Dei et sapientiæ æternæ, 614, 2. Anima sancta Deo terra desiderabilis est, XIV, 600, 2 et seq. Talis quoque est fons et puteus gratiarum divinarum, VIII, 83, 1. Item hortus divina aromata spirans, 88, 1, 2. Anima sancta per gratiam, auream Christi divinitatem participat, 120, 2. Efficit animam Dei amicam, filiam, sponsam, hæredem, sive divinæ consortem naturæ, 59, 1. Anima Deum amans, ei indivulse adhæret, *ibid.* Spiritus sanctus animam justam per gratiam suam osculatur, VII, 468, 2. Quia ipse est osculum et amor Patris et Filii, 469, 1. Oratio unionis fit per illapsum Dei in animam, et quomodo: quinque ejus effectus, 470, 2. Tria signa unionis animæ cum Deo, XVI, 602, 1. Hujus sex sunt effectus, *ibid.*, 2.

Consolationes et revelationes divinæ sunt velut cellaria et secreta Dei, VII, 489, 2. Mens sancta est lectus Dei, 541, 2 et seq. Virtutes tam ad salutem requisitæ, quam ad ornatum facientes, sunt laquearia animæ, 544, 2. Sancti ex assidua cum Deo conversatione nonnisi divina et cœlestia spirant et loquuntur, VIII, 242, 2. Anima cum in Deo manet, et Deus in illa, serenata est, et quanta huic mansio illa pariat bona, XIII, 226, 2.

HÆC LOCUTUS SUM VOBIS, APUD VOS MANENS. PARACLETUS AUTEM SPIRITUS SANCTUS, QUEM MITTET PATER IN NOMINE MEO, ILLE VOS DOCEBIT OMNIA. — Quomodo Spiritus sanctus missus in nomine Filii, XVI, 551, 1. Docebit omnia quæ scilicet ad mysteria adventus et incarnationis Christi pertinent, omnia quæ ad Ecclesiæ instructionem, fundationem, stabilitatem, sunt necessaria, 551, 2. Spiritus sancti unctio invocanda in rebus dubiis, XX, 554, 2.

ET SUGGERET VOBIS OMNIA QUÆCUMQUE DIXERO VOBIS. — Spiritus sanctus quo sensu suis suggerat omnia, XVI, 552, 1.

PACEM RELINQUO VOBIS, PACEM MEAM DO VOBIS, NON QUO MODO MUNDUS DAT, EGO DO VOBIS. — Christus ex hoc mundo discessurus apostolis suis pacem relinquit, XVI, 552, 1. Triplex datur pax ; cum Deo, cum hominibus, secum, V, 521, 2 ; *Job*, 477, 1, 2. Pax est comes justitiæ, IX, 182, 2. Sanctus in perenni pace et gaudio vivit, X, 567, 2. Pax est Christi hæreditas, *Job*, 477, 2. Pax Dei inconcussa, 664, 2. Pacis actiones quæ, 477, 2. Pacis fundamentum est virtus, 14, 1 ; 480, 2.

NON TURBETUR COR VESTRUM, NEQUE FORMIDET. — Perturbatio rerum non debet nos percellere, *Job*, 492, 2.

SI DILIGERETIS ME, GAUDERETIS UTIQUE, QUIA VADO AD PATREM : QUIA PATER MAJOR ME EST. — Quo sensu Pater major sit Filio, secus ac Ariani censebant; et cur Pater non sit Filio major in Deo, XVI, 553, 1, 2. *Vide* JESU CHRISTI DIVINITAS.

JAM NON MULTA LOQUAR VOBISCUM, VENIT ENIM PRINCEPS MUNDI HUJUS, ET IN ME NON HABET QUIDQUAM. — Quomodo cacodæmon in Christo non habeat quidquam, XVI, 554, 1.

SED UT COGNOSCAT MUNDUS QUIA DILIGO PATREM, ET SICUT MANDATUM DEDIT MIHI PATER, SIC FACIO. — Poteratne Christus mandatum moriendi a Patre acceptum non implere, XVI, 554, 2.

N. B. 1° Qui de Spiritus sancti existentia, divinitate, missionibus, proprietatibus, operationibus, donis, etc., tractare voluerit, adeat cap. SPIRITUS SANCTUS.

2° Quia apud Judæos in festo Pentecostes celebrabatur memoria datæ legis Mosis, et hodie nova lex promulgari cœperit, poterit agi de veteri lege per oppositionem ad legem novam, item de utroque Testamento. *Vide* LEX, PENTECOSTES, TESTAMENTUM.

## FERIA II.

(*Joan.*, III, 16-21.)

SIC ENIM DILEXIT DEUS MUNDUM, UT FILIUM SUUM UNIGENITUM DARET. — Deus est verus amicus qui nos ab æterno amavit, IX, 286, 2. In Deo vere est actus amoris, quo diligit creaturas, VIII, 524, 2. Dei bonitas et benignitas erga genus humanum et mundum, VIII, 274, 1 ; XVI, 324, 2. Ingens erga nos Dei dilectio, XVIII, 93, 2 et seqq.; 650, 1 ; XIX, 337, 1. Charitas Dei est incomprehensibilis, XVIII, 620, 1. Vehementia et deliciæ divini amoris, 533, 1, 2 et seq. Dei in nos amor immensus fuit, VII, 475, 2. Ipse beneficiis animam ad se trahit, et velut obruit, 559, 2. Deus nos sibi quasi cingulum ex amore astringit, XII, 113, 1, 2. Deus ex amore cum hominibus deliciatur, V, 240, 1. Quia fuit quasi amore ebrius, 241, 1. Amor Dei omnis boni causa est, V, 535, 1. Cur ipse Deus Pater carnem humanam non assumpserit ad suum amorem magis declarandum, XVI, 345, 1.

Osculum ethicum Christi est ejus amor erga homines, VII, 467, 1. Amor et dilectio Christi erga genus humanum in morte crucis maxime enituit, VIII, 194, 2. Hic amor fortis est ut mors et infernus, 218, 2. Idem amor fuit quasi ignis, 322, 1. Amoris hujus robur, 323, 2. Christus hominum amore captus, semetipsum exinanivit, 67, 1. Christus portentum amoris, XVI, 232, 1. Amor Christi erga nos etiam post mortem ipsius duravit, et etiamnum durat, VIII, 224, 1. *Vide* DEI BONITAS, MISERICORDIA, item JESUS CHRISTUS, cap. VIII, art. 1, JESUS CHRISTUS DEI HOMINUMQUE MEDIATOR, ET HUMANI GENERIS SALVATOR ET REDEMPTOR.

HOC EST AUTEM JUDICIUM : QUIA LUX VENIT IN MUNDUM, ET DILEXERUNT HOMINES MAGIS TENEBRAS QUAM LUCEM : ERANT ENIM EORUM MALA OPERA. — Christus sol est oriens in cordibus conversorum, occidens in peccatoribus, VII, 36, 2. Christus est lux tam creata quam increata, XX, 523, 1. Christus sol est, Joannes lucerna ardens et lucens, XVI, 383, 1, 2. Cur fidei lumen admirabile dicatur, XX, 290, 1, 2. Lex lux est, *Job*, 687, 1 et 2.

Peccati et tenebrarum similia, XX, 525, 1, 2. Tenebræ peccati quantæ, *Job*, 79, 2; 83, 1 ; 387, 1 ; 502, 2;

OMNIS ENIM QUI MALE AGIT, ODIT LUCEM, ET NON VENIT AD LUCEM, UT NON ARGUANTUR OPERA EJUS. — Non quia malorum eum pigeat pudeatque, sed quia ignorare meliora mavult, XVI, 347, 2. Odii Judæorum in Christum duodecim sunt causæ, VIII, 317, 1. Mali oderunt lucem, *Job*, 173, 1. Viæ sæculi pravæ, 472, 2. Imperfectorum involutæ, 171, 1. Peccator cæcus, 139, 2 ; 204, 2 ; 295, 1.

QUI AUTEM FACIT VERITATEM, VENIT AD LUCEM, UT MANIFESTENTUR OPERA EJUS, QUIA IN DEO SUNT FACTA. — *Facere veritatem* quid, XVI, 346, 2. *Venit ad lucem*, id est meam doctrinam et fidem christianam amplectitur, *ibid.*



## FERIA III.

(*Joan.*, X, 1-10.)

AMEN, AMEN DICO VOBIS : QUI NON INTRAT PER OSTIUM IN OVILE OVIUM, SED ASCENDIT ALIUNDE, ILLE FUR EST ET LATRO. — Parabola ostii ovilis et ovium pluribus exponitur, XVI, 468, 1 et seqq. Hujus parabolæ synopsis, *ibid.* et 2. Ejusdem tropologica interpretatio, 469, 1. Ad beneficia ecclesiastica variæ portæ, *ibid.*

QUI AUTEM INTRAT PER OSTIUM, PASTOR EST OVIUM. — Quid per ostium intelligendum, XVI, 469, 1, 2.

HUIC OSTIARIUS APERIT, ET OVES VOCEM EJUS AUDIUNT, ET PROPRIAS OVES VOCAT NOMINATIM. — Quis hic ostiarius, XVI, 469, 2. Ovis et hominis similitudo, XX, 308, 1. An per oves soli prædestinati intelligendi sint, XVI, 469, 2 et seq. Octo munia pastoris, 470, 1 (*Vide* PASTOR).

EGO SUM OSTIUM. PER ME SI QUIS INTROIERIT, SALVABITUR : ET INGREDIETUR, ET EGREDIETUR, ET PASCUA INVENIET. — *Ingredietur* et *egredietur* ingressum in Ecclesiam et egressum ex ea non significat, quid hæc locutio litteraliter symbolice et tropologice significet, XVI, 471, 1. Christus est via per quam itur, veritas in qua itur; et vita ad quam itur, 540, 2 et seq. Qualia pascua in Ecclesia inveniantur, 471, 2 (*Vide notata Dominica* II *post Pascha*).

EGO VENI UT VITAM HABEANT, ET ABUNDANTIUS HABEANT. — Christus nobis est vita et omnia, XX, 408, 1. In ipso est vita, 518, 1. Vita triplex est, divina, angelica et humana, *ibid.* Non qualem qualem fidelibus Christus vitam præstat, XVI, 472, 1.

## IN FESTO SS. TRINITATIS.

(*Matth.*, XXVIII, 18-20.)

N. B. Omnia quæ de Deo, SS. Trinitate, vel de unaquaque SS. Trinitatis persona, de prædicatione, de baptismo dici possunt, capp. TRINITAS, APOSTOLI, EVANGELIUM, PRÆDICATIO, BAPTISMUS, exponuntur.

DATA EST MIHI OMNIS POTESTAS IN CŒLO ET IN TERRA. — Deus tam cœlo quam terra dominatur, IV, 326, 2. Quomodo et quo sensu illa potestas Christo a Deo data sit, XV, 657, 1.

EUNTES ERGO, DOCETE OMNES GENTES. — Doctrina Evangelica velut aqua per totum orbem derivata est, XIV, 535, 1, 2. Evangelium per omnes gentes ante urbis excidium non fuit disseminatum, XV, 504, 2. Evangelii prædicatio quam sonora ac potens fuerit, XXI, 33, 1. Apostoli, Judæis relictis, ad gentes abiere, XI, 248, 1, 2. Christus per legem Evangelicam omnes gentium rixas composuit, XI, 124, 1, 2. Fides christiana effecit ut regiones olim desertæ coli cœperint, XIV, 536, 2. Evangelii dilatatio facta per apostolos allegorice significatur per tabulas tabernaculi, I, 660, 1. Barbari et deserti præ aliis docendi sunt fidem Christi, VIII, 200, 2.

DOCENTES EOS SERVARE OMNIA QUÆCUMQUE MANDAVI VOBIS. — Omnia fidei mysteria in Evangelio traduntur, XV, 4, 2. Per hæc verba intelliguntur omnia præcepta quæ in Evangelio mandantur, 657, 2.

ET ECCE VOBISCUM SUM OMNIBUS DIEBUS, USQUE AD CONSUMMATIONEM SÆCULI. — Quotuplici modo Christus jugiter nobiscum maneat, XV, 658, 1, 2. Quomodo in anima maneat semper quasi rex, quasi paterfamilias, quasi auriga, quasi ratio, quasi anima, quasi ignis et sol, 658, 2 ; 659, 1, 2. Nihil homini deest, cum quo est Deus, III, 285, 2. Deo duce nihil timendum, 8, 1. Deo duce omnia superamus, idque quamvis numero impares, 149, 2. Adjutore Deo, inermis vincit armatum, 411, 1. Deus justificatos non derelinquit, nisi se prius derelinquentes, 7, 1.

## DOMINICA I POST PENTECOSTEN.

(*Luc*, VI, 36-42.)

ESTOTE ERGO MISERICORDES, SICUT ET PATER VESTER MISERICORS EST. — Misericordia quam sit homini necessaria, IV, 305, 1. Misericordiæ tam spiritualis quam corporalis opera, 271, 1. Quomodo sit Deus misericors et præstabilis super peccatores, XIII, 496, 1, 2. Quomodo Deum tum in misericordia, tum in aliis quatuordecim attributis imitari possimus, et sancti viri imitentur, 497, 1, 2. *Vide* MISERICORDIA.

NOLITE JUDICARE, ET NON JUDICABIMINI. *Vide* JUDICIUM TEMERARIUM.

DATE, ET DABITUR VOBIS; MENSURAM BONAM, ET CONFERTAM, ET COAGITATAM, ET SUPEREFFLUENTEM DABUNT IN SINUM VESTRUM. — Omnia in mensura, numero et pondere disposuit Deus, VIII, 519, 2. Misericordia in alium est remedium propriæ miseriæ, XI, 302, 1.

EADEM QUIPPE MENSURA QUA MENSI FUERITIS, REMETIETUR VOBIS. — Mensuram intellige similem, non æqualem, XV, 206, 1. Probatur exempli Zambri, III, 636, 1, 2. Item exemplo Achab possidentis vineam Naboth, 667, 2; 668, 1. Avaritia egestate et penuria punitur, XIV, 569, 2.

NON EST DISCIPULUS SUPER MAGISTRUM; PERFECTUS AUTEM OMNIS ERIT, SI SIT SICUT MAGISTER EJUS. — Perfectio Dei optimi, maximi, nobis imitanda est, XV, 178, 1, 2. Vitæ perfectio et sanctitas in quo consistit, VII, 414, 1 ; XIV, 214, 1. Cor totum Deo dandum et ad perfectionem tendendum, 445, 2. Perfectus esse qui cupit, omnia sua

relinquit ut Deum sequatur. XV, 429, 2. Vitæ perfectio in religione servata alios ad eam sectandam allicit, XIV, 448, 2. Christianus in omnibus suis actionibus esse debet velut sol, VII, 38, 2. Quisque prius propriæ perfectioni intendere debet, deinde proximum perficere conari, 138, 2. Anima perfecta est hortus conclusus et fons signatus, VIII, 74, 2 et seq. Isque hortus duplici pessulo obseratur, *ibid.* Item aliis, 75, 1, 2. Perfectus est candidus per fidem, rubicundus per charitatem ; aut candidus per innocentiam, rubicundus per patientiam, 119, 1. Tres sunt gradus piorum et virtutis, 154, 1. Anima sancta per viam mandatorum Dei currens pulchre incedit, rectaque in cœlum tendit, 166, 2 (*Vide* PERFECTIO, PERFECTUS).

## IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

(*Joan.*, VI, 56-59.)

N. B. Omnia quæ de Eucharistia quatenus sacramentum et quatenus sacrificium desiderantur, cap. EUCHARISTIA invenire est; hic ea tantum quæ ad pleniorem Evangelii hujusce diei expositionem inservire possunt, indigitantur.

CARO ENIM MEA VERE EST CIBUS; ET SANGUIS MEUS VERE EST POTUS. — Venerabilis Eucharistia est mensa Ecclesiæ, V, 252, 1. Est dignior quam omnia vetera sacrificia et epulæ mundi, 522, 1. Altare est velut mensa sapientiæ, 250, 2. Est ferculum Christi, VIII, 15, 1. In Eucharistia Christus vere est fructus et cibus, quo vescimur et pascimur, VII, 552, 2 et seq. Christus ipse Eucharistiam primus comedit. VIII, 93, 1. Eucharistia est fructus delicatissimus, VII, 555, 1, 2; VIII, 88, 2. Item favus sapidissimus, VIII, 92, 2. Ejus sacrificium in pane et vino est a Christo institutum, cur, XIII, 400, 2 et seq. Ipsa Eucharistia est convivium pinguium, XI, 367, 1, 2. In Ecclesia juge convivium nobis a Christo apponitur, XV, 474, 2. Jubemur in oratione Dominica petere panem quotidianum et supersubstantialem, et quis ille sit, 191, 2 et seqq. Eucharistia est dignior manna Mosaica, XVI,394, 2. Est panis verus et vivificus, 408, 2 et seqq. Cur ipsa dicatur commixtum, XI, 420, 1. In ea verum Christi corpus manducamus, non mystice aut spiritualiter, XVI, 401, 1 et seqq. Præstat omni cibo, 408, 1, 2. In ea manducatur Christus non crudo modo, ut aliæ carnes, 410, 2; 411, 1, 2. Caro Christi est cibus animæ, *Job*, 628, 1. Eucharistia cur vocetur lac rationabile, XX, 278, 1. In venerabili Eucharistia dat Christus dilectis suis ubera sua, VII. 475, 1. Christi ubera in Eucharistia laxantur, XII, 151, 2. Altare in quo Eucharistia sumitur est velut cella vinaria, VII, 556, 2. Quam venerabilis Eucharistia animæ devotæ sit sapida, VIII, 600, 2. Ipsa sanctis velut ambrosia est, 643, 1. Ipsa fideles spiritualiter inebriat, XIII, 471, 2. Ab ipsa provenit ebrietas spiritualis, VIII, 95, 1. Est enim vinum purissimum et spirituale, 197, 1.

QUI MANDUCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEUM SANGUINEM, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO. — *Manet* quid hic importet, XVI, 407, 2. Quomodo illa mansio fiat in nobis, *ibid.* et seq. Ordo rerum in communione Eucharistiæ, 407, 2 et seq. In Eucharistia fit realis unio animæ cum Christo, VII, 557, 2. Eaque fit per illapsum Christi, 558, 1.

SICUT MISIT ME VIVENS PATER, ET EGO VIVO PROPTER PATREM; ET QUI MANDUCAT ME, ET IPSE VIVET PROPTER ME. — Hic Christus dat causam cur ipse in Eucharistia sit panis vivus et vivificus, XVI, 408, 2. Caro Christi est nobis via vivens, XIX, 458, 2. Scala seu gradatio qua vita ab æterno Patre ad nos usque descendit, XVI. 409, 2. Ipsa mortuos ad vitam revocat, XI, 381, 2. Christus quasi pelicanus suo nos sanguine vivificat, IX, 150, 3. Eucharistia est vita animæ, 394, 1. Est panis vitæ, 437, 2. Dat robur animæ, 438, 2. Prodest ad spiritus vigorem reparandum, XXI, 46, 2.

QUI MANDUCAT HUNC PANEM, VIVET IN ÆTERNUM. — Eucharistiæ facit longævos, ut et timor Dei, IX, 79, 2. Qui manducat Christi carnem vivet in æternum, quia scilicet Deum et deitatem manducat quæ manducanti semper præsens et assistens, jugiter suam vitam illi aspirat, XVI, 409, 2; 410, 1.

## DOMINICA II POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XIV, 16-24.)

HOMO QUIDAM FECIT CŒNAM MAGNAM. — Confer *notata Dominicæ XIX post Pentecosten.* Quæ sit hæc cœna magna quam homo quidam paravit, XXI, 197, 1 et seqq. Cum quidam Patres per cœnam hanc intelligunt gloriam cœlestem, de ea poterit agi. *Vide* BEATI, BEATITUDO, CŒLUM, etc.

ET MISIT SERVUM SUUM HORA CŒNÆ DICERE INVITATIS UT VENIRENT, QUIA PARATA SUNT OMNIA. ET CŒPERUNT SIMUL OMNES EXCUSARE. — Invitatorum horum excusatio excutitur, num admitti mereatur, XV, 197, 2; 198, 2. Vocanti Deo parendum, *Job*, 327, 1. Ingratitudo infame vitium, 32, 1; 210, 2.

Quia vero per illum qui villam emit, quidam intelligunt superbos et ambitiosos; per ementes boves, colligendis opibus deditos; per eum qui uxorem duxit, eos qui libidini addicti sunt, aut nimio affectu erga rem uxoriam feruntur : hisce præmonitis adeunda sunt si libuerit, capita sequentia : SUPERBIA, AVARITIA, DIVITIÆ, LIBIDO, MULIER, UXOR. — Hic tantum quæ ad explicationem textus evangelici conducere possunt subjicimus.

PRIMUS DIXIT EI : VILLAM EMI, ET NECESSE HABEO EXIRE ET VIDERE ILLAM. — Quinam hic litteraliter intelligantur, XVI, 107, 2 et seq. Vanitas mundanorum, 198, 1. Honores non debent mutare mores, et ea de re exempla, I, 372, 1. Ambitio



quam sit res detestabilis et periculosa, II, 275, 1, 2 (*Vide* AMBITIO, SUPERBIA).

ROGO TE, HABE ME EXCUSATUM. — Uti illi invitati ob res frivolas excusari se petiere, quominus ad cœnam paratam venirent, sic peccator detinetur rebus nihili et frivolis, quominus ad Deum redeat, XIII. 605, 2. Creaturæ quæ illum detinent, sunt tantum umbræ rerum : solus Deus est ipsa essentia in se, 606, 1.

ET ALTER DIXIT : JUGA BOUM EMI QUINQUE, ET EO PROBARE ILLA. — Veterum divitiæ in armentis et gregibus consistebant, VII, 97, 2. Per hunc ut plurimum avari repræsentantur, *vide* AURUM, AVARITIA, CUPIDITAS, DIVITIÆ. Terreni homines sunt velut talpæ et vespertiliones, XI, 130, 1. Divitiarum amor a regno Dei avertit, XII, 588, 2. Cupiditas opum est ruina reipublicæ et Ecclesiæ, 662, 1, 2. Lucri nimia aviditas sæpe hominem extra juris et justitiæ metas rapit, XIII, 449, 2. Divites difficillime cœlum intrant, XV, 430, 1. Sed per Dei gratiam intrare possunt, 432, 2. Eliseus secutus Eliam duodecim juga relinquit : quinque ergo non sint christianis impedimento, III, 660, 1, 2.

ET ALIUS DIXIT : UXOREM DUXI, ET IDEO NON POSSUM VENIRE. — An conjugium hic reprehendatur. XVI, 198, 2. Res uxoria sapientiæ maxime adversatur, V, 65, 2. In concupiscentia carnali maxime elucet fomes peccati et naturæ corruptio, VI, 57, 1 (*Vide* LIBIDO, MULIER, UXOR). Rex uxoria ita mentem excæcat et obnubilat, ut spiritum sapientiæ nequeat percipere, VIII, 279, 1, 2. Est tempus uxoris ducendæ, et tempus ab ea abstinendi, VII, 134, 2. Qui Deum propter uxorem deserit servus ejus est, instar Achab, III. 668, 1, 2. Uxores et filii sunt abdicandi, ut Deo obsequamur, IV, 227, 1, 2.

TUNC IRATUS PATERFAMILIAS, DIXIT SERVO SUO : EXI CITO IN PLATEAS, ET VICOS CIVITATIS, ET PAUPERES, AC DEBILES, ET CÆCOS, ET CLAUDOS INTRODUC HUC. — Quinam hic litteraliter et tropologice intelligantur, XVI, 199, 1. In apostatantium locum alii a Deo sufficiuntur, XXI. 75, 1. Pauperes cur mensæ præ divitibus sint adhibendi, XVI, 196, 2.

EXI IN VIAS ET SEPES, ET COMPELLE INTRARE, UT IMPLEATUR DOMUS MEA. — Quid per sepes hic intelligatur, XVI, 199, 1, 2. Quomodo compellendi sint homines ad fidem, *ibid.*, 2. An hæretici ad fidem violenter cogi possint, V, 333, 2.

## DOMINICA III POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XV, 1-10.)

ERANT AUTEM APPROPINQUANTES EI PUBLICANI ET PECCATORES, UT AUDIRENT ILLUM. — Sancti suscipiunt animas omnes, etiam peccatores, V, 343, 1. Peccatores non sunt rejiciendi, nec exacerbandi. IX, 265, 1, 2. De summa Dei clementia erga peccatores, XIX, 186, 1 (*Vide* DEI BONITAS, MISERICORDIA). Nos etiam, sicut hi peccatores, Christum accedere, imo ad ipsum currere debemus, XIX, 48, 2. Pœnitentes tantum Christum persequantur, quantum ab eo peccando fugerunt, 46, 2. Modi Dei appropinquandi, XX, 182, 1 et seqq.; 183, 1.

Qui cum peccatoribus agit, ad eos convertendos, iis se aliquatenus accommodet oportet, VIII, 105, 2. Et si quis hac e conversatione ei adhæreat pulvisculus, facile decutitur, et obruitur a tot ferventis charitatis actibus et laboribus, 106, 1. Hunc vero metum piis veris Christus adimit, robur iis, et gratiam ad hoc bene faciendum suggerendo, *ibid.*, 2 et seq.

ET MURMURABANT PHARISÆI ET SCRIBÆ. — Quantus fastus pharisaicus erga peccatores, XVI, 203, 1. Pharisaicum est in malum omnia accipere, *Job*, 203, 1. Susurrones noxii, 176, 1. Malignos Deus aversatur, 215, 2. Murmurantes quam graviter olim a Deo puniti fuerint, *vide* MURMUR, MURMURARE.

ET AIT AD ILLOS PARABOLAM ISTAM, DICENS : QUIS EX VOBIS HOMO, QUI HABET CENTUM OVES, ETC. — Parabola ovis perditæ, XVI, 203, 1, 2. Carlomanni Austrasiæ et Sueviæ regis, monachi Cassinatis humilitas, 203, 2. Parabola drachmæ perditæ, 205, 1, 2.

DICO VOBIS, QUOD ITA GAUDIUM ERIT IN CŒLO SUPER UNO PECCATORE PŒNITENTIAM AGENTE, QUAM SUPER NONAGINTA NOVEM JUSTIS QUI NON INDIGENT PŒNITENTIA. — Quia justificatio peccatoris majus Dei est opus, quam mundi creatio, XII, 130, 2. Justificare peccatorem difficilius est quam creare, et peccata remittere majus est quam miraculum facere, XV, 240. Quomodo animæ conversio et vivificatio a Deo peragatur, 249, 2 (*Vide* PECCATOR, PŒNITENTIA). Deus diu peccatores ad pœnitentiam expectat, XX, 339, 2. Vult omnes salvos fieri, 481, 2 et seqq. Angelo peccanti Deus non pepercit, sed homini, cur, 443, 2.

Conversio peccatoris est omnium bonum, XVI, 204, 1. Est ingens, Deo et angelis gaudium, *ibid.* Visio S. Pauli Simplicis de peccatore converso, *ibid.* Lacrymæ pœnitentium sunt vinum angelorum, et ipsi Christo sapidissimæ, III. 119 2; VIII, 90, 2. Angeli et sancti in cœlo festum agunt Encæniorum de peccatore pœnitente, IV, 433, 2. Deum et angelos quomodo lætificemus, XI, 240, 1, 2. Animam a peccati statu ad gratiæ statum redeuntem, jamque sancte viventem, angeli mirantur, eique applaudunt, VIII, 5, 1. Tunc illa ascendit ad cœlestia, velut virgula fumi aromatici, 6, 2. Anima enim fit formosa per pœnitentiam, uti fuit per culpam nigra, VII, 494, 2. Compunctio cœleste gaudium, V. 413, 2 et seqq. Pœnitens ea pascitur, et quæ compunctionis sit materia, *ibid.*

An verum sit Deum plus de uno peccatore converso gaudere, quam de nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia, XVI, 204, 2 et seq.

## DOMINICA IV POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, v, 1-11.)

FACTUM EST AUTEM CUM TURBÆ IRRUERENT IN EUM, UT AUDIRENT VERBUM DEI, ET IPSE STABAT SECUS STAGNUM GENESARETH......... ASCENDENS AUTEM IN UNAM NAVIM QUÆ ERAT SIMONIS, ROGAVIT EUM A TERRA REDUCERE PUSILLUM. — Ut hic in navi Petri Redemptor turbas docuit, sic in Ecclesia, quæ domus est sapientiæ, omnes omnino homines docet, V, 245, 1, 2. Navis hæc, quia Petri, typus est Romanæ Ecclesiæ, quæ S. Petri velut navis est quæ omnes ad se venientes benigne admittit, et secundum corpus et animam bene habet, XV, 132, 2; XVI, 109, 1 2; XVII, 237, 1.

D. Ambrosius serm. II *in Lucam*, quod Christus in navi Petri concionetur, refert ad ejus primatum, dicens : *Hanc solam Ecclesiæ navem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus.* Et postea hic soli Petro dicitur : *Duc in altum*, etc. Poterit hic ergo agi de Ecclesia, ac de fidei christianæ certitudine, et de S. Petri primatu, de quibus *vide* ECCLESIA, FIDES, S. PETRUS.

UT CESSAVIT AUTEM LOQUI, DIXIT AD SIMONEM : DUC IN ALTUM, ET LAXATE RETIA VESTRA IN CAPTURAM. — Negotiantibus et agentibus succurrit Deus, X, 560, 2. Diabolus et Christus quam diversimode piscentur, XII, 715, 2.

ET RESPONDENS SIMON, DIXIT ILLI : PRÆCEPTOR, PER TOTAM NOCTEM LABORANTES NIL CEPIMUS. — Noctu vigilandum et laborandum, VI, 503, 1, 2. Quamdiu in hac vita homines vivunt, semper laborent oportet, VII, 25, 1. Imo quidquid in mundo est, nonnisi labor et anxietas est, 23, 2. Mundanorum inania, vana, laboriosa studia et contentiones, XIV, 59, 1; 376, 1. Avari et gulosi quoque noctes ducunt insomnes, et anxiis curis laborant, VII, 213, 2 et seq. Bona opera quinam amittant, XIV, 324, 1, 2. Homo nihil ex se potest, *Job*, 165, 2.

IN VERBO AUTEM TUO LAXABO RETE. — Quomodo Deo fidendum, et nobis diffidendum, II, 434, 1. Dei directioni in omnibus acquiescere debemus, I, 736, 2. Quod exemplis probatur, *ibid.* Quænam hujus rei ratio, *ibid.* In arduis Deo parendum, III, 346, 1. A Deo omnia sunt incipienda X, 259, 1. Omnia nostra ad obsequium Dei esse referenda, XVIII, 231, 1. Deo fidendum, etiam in rebus desperatissimis, XIX, 479, 1. Homo ex se nihil potest, sed debet omnia Deo ascribere, XVIII, 280, 1, 2. Nox symbolum calamitatis, *Job*, 663, 2. Quieti deputata, 386, 1. Homo ex se nihil potest, 165, 2.

ET CUM HOC FECISSENT, CONCLUSERUNT PISCIUM MULTITUDINEM COPIOSAM, RUMPEBATUR AUTEM RETE EORUM. — Hic est fructus et merces obedientiæ, XVI, 108, 2. Fructus spes omnem laborem solatur, XX, 205, 1.

QUOD CUM VIDISSET SIMON PETRUS, PROCIDIT AD GENUA JESU, DICENS : EXI A ME, QUIA HOMO PECCATOR SUM. — Quomodo sancti maximi se vocent maximos peccatores, VI, 422, 2 et seq. Humiliter agendum cum Deo, 231, 1.

ET AIT AD SIMONEM JESUS : NOLI TIMERE ; EX HOC JAM HOMINES ERIT CAPIENS. — Homines sunt in hoc mundo pisces, ob varias analogias, XIV, 214, 2. In quo piscatio piscium et piscatio hominum differant, XV, 132, 2; XVI, 108, 2. Sicuti piscatores ut piscentur, multa debent pati ab aura, ventis, frigore, etc. ; ita qui capere volunt animas, multa debent pati, XVIII, 554, 2 (*Vide* CONCIONATOR, PASTOR, etc.). Animas lucrandi ratio, XX, 226, 2. Eas qui convertunt sunt earum post Christum salvatores, 227, 1. Eas convertens operit peccata, 228, 1, 2.

ET SUBDUCTIS AD TERRAM NAVIBUS, RELICTIS OMNIBUS, SECUTI SUNT EUM. — Typus et ordo vocationum Dei, I, 474, 2. Velocitas in via Dei quam sit salutaris, X, 130, 1, 2. Quanta vis fuit miraculi capturæ piscium, et vocis Christi vocantis apostolos tum exterius, tum interius, XV, 133, 1. Hoc exemplum apostolorum imitentur, qui a Christo ad apostolatum, ad actus heroicos, etc., vocantur, *ibid.* Omnia contemnenda ut Christum lucremur, XIX, 44, 2.

## DOMINICA V POST PENTECOSTEN.

(*Matth.*, v, 20-24.)

NISI ABUNDAVERIT JUSTITIA VESTRA PLUSQUAM SCRIBARUM ET PHARISÆORUM, NON INTRABITIS IN REGNUM CŒLORUM. — Exigit Christus plus a Christianis quam olim Deus a Judæis, hinc doctrina ejus vocari posset onus grave, quo sensu, XIV, 451, 1, 2. Scribarum et Pharisæorum ortus et auctores, XIV, 513, 2. Errores Scribarum tres, XV, 158, 2 et seq. (*Vide* PHARISÆI). Justitia humana incerta, *Job*, 231, 2; 340, 2. Pharisaicum vitium quale, 203, 1 ; 213, 2 ; 219, 2.

AUDISTIS QUIA DICTUM EST ANTIQUIS : NON OCCIDES ; QUI AUTEM OCCIDERIT, REUS ERIT JUDICIO. EGO AUTEM DICO VOBIS, QUIA OMNIS QUI IRASCITUR FRATRI SUO, REUS ERIT JUDICIO. — Christus non tantum Scribas, sed et legem perficit, XV, 159, 1. Ira quando peccatum, quando non, *ibid.*, 2. Ira aliqua laudabilis, *ibid.* (*Vide* IRA pro omnibus quæ ad hoc iræ vitium spectant, item ULTIO). Judicium quid hic significet, XV, 159, 2 ; 160, 1.

QUI AUTEM DIXERIT FRATRI SUO RACA, REUS ERIT CONCILIO. — Raca dicere fratri suo quid sit, et unde vox derivetur, XV, 160, 2 et seqq. Raca veniale vel mortale, 161, 1. Triplex tribunal Hebræorum, *ibid.* Sensus loci genuinus, *ibid.*, 2. Peccatum aliud veniale, aliud mortale, *ibid.* Quomodo malis mala imprecari liceat, VII, 298, 2. Convicia nostrorum vitiorum nos monent, VI, 235, 1, 2 (*Vide* CONVICIUM, DETRACTIO).



QUI AUTEM DIXERIT : FATUE, REUS ERIT GEHENNÆ IGNIS. — Convitium est gravis injuria, eaque pensanda ex affectu convitiantis, et dignitate personæ cui dicitur, XX, 162, 1.

SI ERGO OFFERS MUNUS TUUM AD ALTARE, ET IBI RECORDATUS FUERIS QUIA FRATER TUUS HABET ALIQUID ADVERSUM TE, RELINQUE IBI MUNUS TUUM ANTE ALTARE, ET VADE PRIUS RECONCILIARI FRATRI TUO, ET TUNC VENIENS OFFERES MUNUS TUUM. — Reconciliatio cum fratre ante sacrificium et oblationem est præcepta, XV, 162, 2 et seq. Moderatio præcepti, *ibid.* Lis cum amico amice transigenda est, VI, 261, 2. Quærens in offensa reconciliationem edit opus heroicæ virtutis, 51, 2 et seq. Injuriam acceptam non ulcisci, sancta ultio est, 14, 1, 2. Offensum prævenire quam decorum et meritorium sit, XIII, 434, 1. Quomodo in eo Dei et hominum dispar sit sensus, *ibid.* Sacrificium expiationem prærequirit, *Job*, 16, 2 ; 481, 2. Conscientia examinanda, 192, 2; 216, 2; 219, 2; 297, 1; 486, 1.

## DOMINICA VI POST PENTECOSTEN.

(*Marc.*, VIII, 1-9.)

*Vide notata Dominica IV in Quadragesima, idem enim est Evangelium.*

## DOMINICA VII POST PENTECOSTEN.

(*Matth.*, VII, 15-21.)

ATTENDITE A FALSIS PROPHETIS. — Societas malorum cavenda, quia eorum exempla destruunt alios, VII, 331, 2 et seq. Scandalosi et hæretici cavendi sunt, IV, 213, 1, 2, IX, 273, 1. Item peccatores, 584, 1, 2. Cum impiis agens fit plerumque culpæ et pœnæ eorum particeps, 379, 1, 2. Hæretici sunt falsi prophetæ, item pravi doctores, XV, 211, 1. *Vide* CONSORTIUM, SOCIETAS.

QUI VENIUNT AD VOS IN VESTIMENTIS OVIUM. — Vestes ovium quæ, XV, 211, 2. Hæretici suas hæreses verbis blandis colorant, XX, 442, 1. Novitios et nutantes in fide ad se pelliciunt, 464, 2. Simplicitas physica et moralis quæ sit, XVII, 109, 1. Hæretici vestem peregrinam induunt, XIV, 277, 2. Cur perdicibus assimilentur, XII, 142, 2. Hæretici fidem Christi mentiuntur, VII, 506, 1, 2. Hæretici, ut hæresi suæ auctoritatem conciliarent, prophetiæ donum ambierunt, XI, 43, 2. Vitia virtutis specie fallunt, *Job*, 71, 2.

INTRINSECUS AUTEM SUNT LUPI RAPACES. — Lupi sunt sævitiæ et gulæ symbolum, IX, 397, 2. Hæretici vere lupi sunt, XII, 53, 2. Lupi vespertini qui dicantur, XIV, 208, 2. Hæretici lupis vespertinis assimilantur, XIV, 210, 1. Lupis comparantur ob octo analogias, XVII, 371, 1. Hæretici vulpes vocari possunt, ideoque nocent vineæ Ecclesiæ, VII, 591, 1; XII, 590, 1, 2. Optime per vulpes denotantur, *ibid.*, 2. Quomodo hæ vulpes capiendæ, *ibid.* Hæretici sunt hirundines, IV, 274, 1. Hæretici sunt spinæ, Ecclesiam pungentes et lancinantes, VII, 550, 1. Hæreticorum fraudes, XIII, 450, 1. Hæretici Chananæis fraudulentis similes sunt, 450, 1, 2 (*Vide* HÆRESIS, HÆRETICI).

Peccata homines in bestias transformant, II, 71, 1. Impii similes sunt feris, 112, 2. Bestialiter viventes sunt bestiæ, XIII, 60, 1.

A FRUCTIBUS EORUM COGNOSCETIS EOS. Ab hæresi et ab hæreticis nullus fructus bonus et suavis, sed malus, asper et spinosus colligitur, XV, 211, 2. De hæreticorum fructibus, XVIII, 357, 2 : XIX, 288, 2 (*Vide* HÆRETICORUM MORES ET VITA). — Hæreticorum mores, XIV, 90, 2. Eorum fructus sunt sacrilegia et templorum profanatio, contra quos clamabunt lapides et ruinæ in die judicii, XIV, 231, 1. Voluntas bona vel mala ex operum aliquorum bonitate aut malitia se prodit, XV, 213, 1. Sanctum opus fieri debet sancte et perfecte, VIII, 402, 2. Hæreticorum carnales spurcitiæ, libido, et fœda sacra, XX, 91, 1, 2; 164, 2 ; 457, 1, 2 et seq. ; 458, 2 ; 460, 1. Christianismo ad luxuriam et vitæ licentiam, 656, 2.

SIC OMNIS ARBOR BONA FRUCTUS BONOS FACIT ; MALA AUTEM ARBOR MALOS FRUCTUS FACIT. — Quid per bonam arborem hic significetur, XV, 212, 1.

NON POTEST ARBOR BONA MALOS FRUCTUS FACERE ; NEQUE ARBOR MALA BONOS FRUCTUS FACERE. — Hæc verba in sensu composito et formali, non in sensu materiali et diviso intelligenda XV, 212, 2. Hæretici qui hoc loco abusi sunt, *ibid.*, 2. Hæc tamen generalius accipi et applicari possunt voluntati bonæ vel malæ, quia plerumque bona vel mala voluntas operum, non omnium, sed aliquorum, ad quæ magis inclinat, bonitate vel malitia se prodit, 213, 1. Anima est vitæ et vitalis operationis fons, VIII, 582, 1. An omnia infidelium opera sint peccata, XVIII 235, 1.

NON OMNIS QUI DICIT MIHI : DOMINE, DOMINE, INTRABIT IN REGNUM CŒLORUM ; SED QUI FACIT VOLUNTATEM PATRIS MEI, QUI IN CŒLIS EST, IPSE INTRABIT IN REGNUM CŒLORUM. — *Non omnis qui dicit*, etc., nequidem si in nomine Domini prophetaverit, III, 389, 1. Scire Deum non juvat, nisi scientia sit practica, 275, 2. Obedientia Deo grata, 64, 1 ; 358, 1. Quinam sint qui voluntatem Dei impleant, XV, 213, 2.

## DOMINICA VIII POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XVI, 1-19.)

HOMO QUIDAM ERAT DIVES, QUI HABEBAT VILLICUM ; ET HIC DIFFAMATUS EST APUD ILLUM QUASI DISSIPASSET BONA IPSIUS. — Ex hac parabola primum discendum nos non esse dominos, sed potius alienarum facultatum villicos, XV, 214, 2 et seq. Bona Dei sunt creaturæ, quarum usum hominibus concedit, quæ impiis invitæ serviunt, piis liben-

ter, XIII, 309, 2. Lucra et pacta injusta sunt rescindenda, XI, 677, 2 et seq. Praxis ditescendi optima sita est in parcimonia, VIII, 211, 2. Moderatus pastorum et divitiarum usus laudabilis est, 220, 1. Bonus earum usus est donum gratiæ Dei, 124, 2; 220, 2 et seq. (*Vide* DIVITIÆ).

ET VOCAVIT ILLUM, ET AIT ILLI : QUID HOC AUDIO DE TE ? REDDE RATIONEM VILLICATIONIS TUÆ.—Fama sæpe major est veritate, eam plus justo adauget vel detorquet, IV, 450, 1. Idem dicit Christus cuique in morte, XV, 215, 2. Visio Joannis abbatis, *ibid.* Stephano abbati moribundo peccata objecta, *ibid.*

AIT AUTEM VILLICUS INTRA SE : QUID FACIAM, QUIA DOMINUS MEUS AUFERT A ME VILLICATIONEM? FODERE NON VALEO, MENDICARE ERUBESCO. SCIO QUID FACIAM. — Consilium quantopere Christiano necessarium, XI, 258, 1. Uti villicus hic, factus inops, iniquis artibus rem suam augere voluit, ita pauperes sæpe ex inopia peccant, XIV, 600, 1. Villicus hic e re nata sibi prospiciendi occasionem captans, ostendit melius esse frui præsentibus quam quærere et desiderare absentia, VII, 231, 1. Casus sæpe plus valet quam consilium, ars, industria, 321, 2. Vice versa industria artem et scientiam superat, 344, 1. Etiam in rebus spiritualibus, *ibid.*, et seq.

ET LAUDAVIT DOMINUS VILLICUM INIQUITATIS, QUIA PRUDENTER FECISSET. — Prudentia in rebus agendis est melior quam cordis desideria sequi, VII, 230, 2. Divitiæ bonæ sunt, si prudentiam et sapientiam comites habeant, 255, 2. Prudentia, tam naturalis quam supernaturalis, ingens Dei donum est, XI, 257, 1, 2. Quid Dominus hic in villico laudaverit, XVI, 216, 2.

QUIA FILII HUJUS SÆCULI PRUDENTIORES FILIIS LUCIS IN GENERATIONE SUA SUNT. — Prudentia quid sit, et quis vere prudens, XX, 353, 1 (*Vide* PRUDENTIA). Mundani in terrenis sunt lyncei, in divinis talpæ, XI, 130, 1; 389, 1; XII, 48, 1. In hoc sæculo quidem laudantur, sed non in altero, nam potentes et aliorum vafri oppressores ibi potenter tormenta patientur, VIII, 398, 1. Subtilitatis origo et commendatio, 441, 1. Subtilitas in practicis laudabilis est : sanctæ actionis subtilitas est intentio, 442, 1. Columbæ, cui filii lucis simplices assimilantur, simplicitas pluribus deducitur, XIII, 383, 2; 384, 1. Applicatio parabolæ villici, XV, 216, 2; 217, 1. Excæcatio filiorum hujus sæculi, III, 616, 2. Consilium politici prudens, revera imprudens, 619, 1, 2.

ET IDEO VOBIS DICO : FACITE VOBIS AMICOS DE MAMMONA INIQUITATIS, UT CUM DEFECERITIS, RECIPIANT VOS IN ÆTERNA TABERNACULA.—Opes iniquæ sunt, cur, XVI, 217, 2. Quatuor ob causas divitiæ dicuntur iniquæ, IX, 173, 1. Mammonæ etymon, *ibid.* Cur opes vocentur item alienæ, 218, 2 et seqq. Divitiarum utilitas in qua re sita sit, VII, 256, 1; 257, 1. Pecuniæ obediunt omnia, 356, 1, 2. Illius vis et numen, 357, 1. Homo cogitet se hic non fore perpetuum, maxime avarus, dum semper opes coacervat, 238, 1. Eleemosynarii ab iis quibus bene fecerunt, inter cœli palatia admittuntur, XVI, 218, 1. Pauperes sunt cœli janitores, *ibid.* (*Vide* DIVITIÆ, ELEEMOSYNA, PAUPER).

## DOMINICA IX POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XIX, 14-46.)

UT APPROPINQUAVIT (Jesus), VIDENS CIVITATEM, FLEVIT SUPER ILLAM. — Cur Christus videns civitatem super illam flevit, XVI, 253, 1. Christus sæpe flevit, *Job*, 364, 2. Fletus est pœnitentiæ condimentum, 96, 2. Deus punit nolens et invitus, XI, 117, 2; 388, 1, 2. Anima cujusque est velut urbs, ejus fabrica et ruina, XIII, 579, 1. Dei gemitus et stridor ex fastidio, et ex offensione suspirium quo se excitat ad anhelatam plagam in impios, 554, 2.

DICENS : QUIA SI COGNOVISSES ET TU, ET QUIDEM IN HAC DIE TUA, QUÆ AD PACEM TIBI.— Occasio dum offertur, captanda est, maxime ad bene agendum, VII, 130, 1, 2; XVIII, 55, 2. Temporis et opportunitatis quanta ratio habenda, XIV, 320, 2; XX, 634, 2; XXI, 217, 1. Cognitio sui est via ad cognitionem Dei, VII, 508, 2. Per hanc cognitionem anima sibi Dei præsentiam conciliat, 509, 1. Novissimorum recordatio hominem a malo trahit, et ad bonum incitat, IX, 257, 1, 2. Providentiæ est futura mala prospicere, *Job*, 97, 2. Vehemens Christi, doloris æque ac indignationis sensus, XVI, 253, 2. Suam hic diem habet anima perversa, quæ transitorio gaudet in tempore, *ibid.* et seq.

QUIA VENIENT DIES IN TE, ET CIRCUMDABUNT TE INIMICI TUI VALLO, ET COANGUSTABUNT TE. — Quia Judæi hanc urbis obsessionem sua culpa promeruere, agi poterit quomodo Deus mala infligat et pœnam culpæ commensurat, XIII, 608, 2 Sicut Deus suo tempore civitatem hanc punivit, ita peccatorum mensura impleta solet punire, XIX, 122, 2. Judæa Christianis urbe evertenda egressis, soli perfidi Judæi obsessi sunt et afflicti, sic impius sæpe luit pœnas, pio manente indemni, VI, 115, 1, 2. Dies Domini est dies vindictæ, XI, 129, 1. Ruentis reipublicæ octo pœnæ, 133, 1. De excidio urbis Jerusalem, *vide* JERUSALEM.

ET NON RELINQUENT IN TE LAPIDEM SUPER LAPIDEM. — Quomodo hæc prædictio adimpleta fuerit, XVI, 254, 1. Gentibus Jerusalem capientibus et templum profanantibus, ipsa fuit lapis oneris, XIV, 485, 1. Deus irridet sui irrisores, et gravi clade et ruina eos opprimet, V, 51, 2. Anima peccato infecta est velut urbs eversa et pessumdata, XIV, 494, 2. Hæc omnia a Christo prædicta in morte contingunt animæ quæ voluptatibus carnis servit, XVI, 254, 2.

EO QUOD NON COGNOVERIS TEMPUS VISITATIONIS TUÆ. — Quod sit tempus visitationis, XVI, 254, 2.



Jerusalem quanta fuerit impietas tempore Christi, XI, 110, 1, 2. Judæorum tempore Christi cæcitas et surditas, 182, 1, 2 (*Vide* JERUSALEM, JUDÆI). Oblivio Dei et sui quantum si malum, XII, 613, 2.

ET INGRESSUS IN TEMPLUM CŒPIT EJICERE VENDENTES IN ILLO ET EMENTES. — Quare hoc a Domino factum sit, XV, 464, 2. Templum decet sanctitudo, *Job*, 34, 1. Gloria Dei omnibus præponenda, 92, 2. Lucrum turpe a templo suo arcet Dominus, XIV, 69, 2. Christus id fecit e zelo pro Dei Patris honore, XVI, 333, 2. Judæi quippe sordide avari etiam in templo, suum [illegible]bum exercebant, quin et per usuras et per fas et nefas ditescere contendebant, VIII, 222, 2. Zelus in Deo an proprie sit ira, XII, 553, 2. Zelus in Deo proprie quod sit, XV, 525, 2; 526, 1. Christus hic egit zelo quodam honoris divini : qui zelus et fervor vino forti et generoso denotatur, VII, 533, 2. Non egit Redemptor inordinata et infræni aliqua passione, utpote qui omnes passiones et affectus habuerit compositos, puros et cœlestes, VIII, 131 2; XI, 522, 1. Sic ergo egit non iratus, sed honoris divini zelo motus, iræ namque passio non cadit in Deum, sed ejus effectus, VIII, 390, 2. Hinc castigat moderate, 536, 1. Potest tamen, cum vult, pro meritis castigare, *ibid.*, 2. Alius evangelista addit Dominum flagello e funiculis facto hic usum esse : flagellatio autem divina hominem sapere docet, 403, 2. Emicabat haud dubie e Redemptoris vultu veneranda quædam majestas et terribilis quædam vis, quæ omnem hanc turbam ita percellebat, ut quantocius se subduceret. In quo et cur anima sancta sit terribilis, 146, 2. Ideo autem ea fortis et terribilis est, quia decora et cincta virtutibus, 147, 2 et seq.

DICENS ILLIS : SCRIPTUM EST : QUIA DOMUS MEA DOMUS ORATIONIS EST, VOS AUTEM FECISTIS ILLAM SPELUNCAM LATRONUM.—Templum est domus orationis et cœlum, XI, 662, 1. Templum hoc fine ædificatum est, et ejus sanctitas, III, 596, 1, 2 et seq. Templa christianorum domus sunt Dei et locus orationis, XV, 465, 2 (*Vide* TEMPLUM). Causam aperit Christus cur negotiatores exegerit, et mensas subverterit; solet quippe Deus causam et culpam ob quam castigat et flagella intentat, revelare, VIII, 628, 2.

## DOMINICA X POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XVIII, 9-14.)

DIXIT AUTEM ET AD QUOSDAM, QUI IN SE CONFIDEBANT TANQUAM JUSTI, ET ASPERNABANTUR CÆTEROS, PARABOLUM ISTAM.—Hac parabola Christus ostendit a Deo non fidei verba, sed opera examinanda, inter quæ maxime regnat humilitas, XVI, 241, 2. Cur stulti sibi præfidant, V, 360, 2. Superbi erigunt præ arrogantia oculos suos, VI, 97, 1, 2. Sunt stolidi, 120, 1. Qui sibi sapiens videtur, pejor est stulto, et facile a dæmone decipitur, 312, 1, 2. Qui sibi ipsi magnus, candidus et justus apparet, albuginem in oculis suis habet, IV, 303, 1. Altiora se nemo sectetur aut quærat, IX, 128, 1, 2 et seq.

DUO HOMINES ASCENDERUNT IN TEMPLUM UT ORARENT; UNUS PHARISÆUS, ET ALTER PUBLICANUS. — Templum enim est locus orationis, XV, 465, 2. Oratio in templo quanti sit momenti, 184, 1, 2. Oratio in templo melior est quam quæ alibi funditur, XVII, 111, 2 et seq. Mundus est templum Dei, in quem omnes ascendere cogitatione quotidie oportet, VIII, 632, 2.

PHARISÆUS STANS, HÆC APUD SE ORABAT. — Quid hic significent vox *stans* et *apud se orabat*, XVI, 241, 2 et seq.

DEUS, GRATIAS AGO TIBI. — Pharisæus non reprehenditur quod Deo gratias agebat, sed quia nihil sibi addi cupiebat, XVI, 242, 1. Homo quam sit Deo ob beneficia accepta astrictus, XVII, 89, 2 et seq. Multa quippe sunt ob quæ Deo obstricti sumus, multaque ei debemus, XVI, 231, 1, 2 et seq.

QUIA NON SUM SICUT CÆTERI HOMINUM : RAPTORES, INJUSTI, ADULTERI; VELUT ETIAM HIC PUBLICANUS. — Peccat hic Pharisæus contemnendo alium; semper nos ipsos considerare debemus, non aliorum defectus, XVIII, 575, 1; XIX, 186, 2. Hic pharisæus se a turba impiorum eximit, cum tamen improbi plerumque alios sibi similes censeant, VII, 336, 1. Dives superbe Deum rogat, V, 587, 1, 2. Improbus peccatum suum non vult agnoscere, VI, 5, 1, 2. Ostentationis vesania, 271, 1. Laus sui ipsius sordet, 326, 1. Arrogans omnibus exosus est, V, 489, 1, 2. Nemo potest aliis detrahere et se laudare, IX, 105, 2. In fortitudine sua et virtute nemo gloriari debet, 189, 1. Gloriandum non est in sapientia, opibus, viribus, XII, 85, 2. Multiloquium quale hujus Pharisæi in oratione cavendum, XV, 84, 2. Peccata Pharisæi, XV, 242, 2. Multa mala facit qui aliis conviciatur, *ibid.* Bona opera nostra sunt occultanda, II, 453, 1. Quomodo quis dona Dei agnoscere in se debeat et possit, XIII, 20, 1 (*Vide* ARROGANTIA, GLORIATIO, LAUS, etc.).

Occasione arrogantis Pharisæi ostendi potest quam termini et fines impiorum angustiores sint quam piorum, eorumque stultitia, XIII, 596, 1, 2.

JEJUNO BIS IN SABBATO, DECIMAS OMNIUM DO QUÆ POSSIDEO. — Bonum operantes ob inanem gloriam vel quæstum, ventum seminant, et turbinem vanitatis metunt, XIII, 394, 2. Anima Dei donis superbiens a Deo deseritur, 407, 2.

ET PUBLICANUS A LONGE STANS, NOLEBAT NEC OCULOS AD CŒLUM LEVARE. — Longe ab altari et sancto stabat, quia se eo ob peccata indignum censebat, XVI, 243, 2. Humilis tamen est Deo vicinus, V, 314, 2 et seq. Peccator humilis superbiente justo melior est, IX, 327, 1, 2. Homo coram Deo quomodo se dejicere debeat, XIV, 237, 1.